



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo


Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



~~A. I. St.~~

Ingr: 1.1.47

~~No 47~~

BENEDICTI

SOCIACI

Ambrosiani Collegij

Doctoris

SILVAE

& Opuscula Sacra.

Collegij

Societatis



Crematij

Jenu:

MEDIOLANI

Apud hær. Pacifici Pontij, & Ioan. Baptistam

Piccaleum Impressores Archiepiscopales.

M. DC. XII

INGR. 1.1. 47

Imprimatur.

**Frater Camillus Oleyanus sacri Col-
legij Ticinensis Magister, & Sancti
Officij Mediol. Commissarius pro
Reuerendis. Inquisitore.**

**Gulielmus Vidonus Theol. S. Nazarij
pro Illustrissimo Cardinali Archie-
piscopo.**

Vidit Saccus pro Excellentiss. Senatu.





Tibi Benedicto Sociaco Am-
brofiani Collegij Doctōri
Siluarum & opusculorum
facrorum poemata, om-
nium Doctōrum Collegij
Ambrofiani suffragijs, con-
fensuq; recepta in prin-
cipi facultatem cōcedimus.

*Antonius Salmatia Collegij
Ambrofiani Præses suo
& Collegarum nomine.*

SILVAE




FRANCISCO
CASTRIO
PHILIPPI REGIS
apud Summum Pont. Legato.



BENEDICTVS
SOCIACVS.

LNITIVM mihi operis
aduersa Castriae domus
fuerit ; læta finis erunt,
Francisce flos Heroum,
& inter Hispaniæ decora olim memo-
rande. Scilicet ab tristissimo fratris tui
funere conflictata Musa lamētis in te
nunc ipso vicissim conuiescit amica
mor-

mortuis, vivisq. Opuscula hæc, quæ
tuo inscribere nomini meum, & heri-
le consilium fuit partim in celebra-
da magnarum animarum virtute con-
sumuntur, partim sunt animi nostri
leuamina, & adfectus. Hos operi mi-
scuisse tam mihi apud te excusatum
fuerit, quam profecto & opus ipsum
dedicasse tibi. Non erit alienum fa-
ma vestræ regię originis libenter ac-
cipere munus exiguum, quod ali-
quando summi regum factitauerunt.
Et tu facturum prope promisisti, cum
me Romæ ab hinc biennium adspi-
ceres placido lumine, atque etiam ani-
mares in hæc studia. Vale.





EPICEDION
FERDINANDI
CASTRII.

Tribes esequias, & acerbum funus Iberi
Flebitus Herois. longe sit laurea, longe
Felices hederæ; maestam perrepite frontem
Funere. & taxi, crinemq. umbrate cupressus.
Iam dolor oblatrat circa præcordia vatis
Improbis, & toto regnant in pectore luctus.
Iam mihi funestæ versantur ob ora paratus.
Tristitia testes, iam regia tota remugit
Fœmineis ululata sonis, iam tristis Iberum
Auditur procerum gemitus, iam flumina crescant
Fletibus, & sævis collucent omnia flammis.
O nimium viridi terris crepte iuuenta
Salve supremam vita dignissime Princeps,
Supremamq. vale, cui tot lamena resultant,
Cui lacrimas dedit ipse suas regnator Iberum,
Ipse suo dominus terrarum pectore questus.
Tene Tagus propere nimium decumbere lecto?
A Tene

2 BENEDICTI SOCIACI

*Tene suis Tagus aspexit decedere regnis ?
 Qua simul irrubuit crudelia fata malignis
 Sideribus latura dies , totosq. per artus
 Febris hęc : trepido concursu turba medentium
 Confluit , attonito feruent penetralia cętu .
 Vtq. Machaonia certatim ex arte sagaces
 Applicuere manus , salientem pollice venam
 Explorant , cęcas morbi deprendere causas
 Solliciti ; sed enim comperta morte dolorem
 Dissimulant vultu , certumq. inflare periculum
 Mente vident tacita ; lacrimis id pene fatentur
 Incauti ; vix ore queunt auertere questus .
 Tandem mentita promittunt fronte salutem ,
 Dant animos agro iuueni , moribundaq. membra
 Procurrere parant : hinc irrita pocula miscent
 Viribus herbarum , succis & inanibus implent .
 Heu genus infelix hominum ; quid posita caducos ,
 Germina quid montana iuuant ? furit improba totis
 Ossibus , & totum populat vis ignea corpus .
 Carpitur infelix Heros , penitusq. fatiscit
 Interiore malo , nec spes datur vlla salutis .
 Qualiter Alpino consurgens vertice pinus ,
 Umbrosas intonsa comas ; si quando malignia
 Afflatur ventis ; & iniquo tangitur igni :
 Deficit interea , quamuis alimenta ministrant
 Agricola , humoremq. in virus decoquit omnem .
 Ramorum cadit omne decus , spoliataq. pallent
 Brachia , vixq. iugo iam iam casura tenetur .
 Illam deformem montes miserantur ; & omnes
 Assueti socia Driades recubare sub umbra .
 Que tibi tunc conuix dulci pro coniuge cura ?*

Quis

Quis noctu quis luce dolor ? dum morte grauat
 Aspiceres oculos , & colla remissa mariti ,
 Pallentesq. genas . facies se vertit in omnes
 Infelix animi , circumq. cubilia pernox
 Assidet , & medicas nonnunquam accingitur artes ,
 Nequid . inexpertum smat in discrimine tanto .
 Omnia suadet amor , frustra tamen omnia tentas
 Tristis , inops animi , dirisq. exterrita signis .
 Et nunc summa domus supra fastigia cornix
 Transuolat , & rauco lethum clamore minatur :
 Et nunc marmorei visi nutare penates ,
 Imaq. tecta quati , faciesq. madescere auorum
 Si vero defessa diu dat lumina somno ,
 Conqueritur proprio delapsa momilia collo ,
 Dotalesq. manu gemmas fugisse , nec vsquam
 Coniugis effigiem , simulacraq. nota videri ,
 Sed viduos thalamos , & muta cubilia luctu .
 Præterea . fuit in medijs lætissima tectis
 Vlmus , & vmbroso complexa cacumine sedes :
 Quam manus agricola propagine vitis adulta
 Ante maritalam multos sociarat in annos :
 Mira fides , adeo sese complexibus artibus
 Innectunt , mixtusq. interferit oscula vertex ,
 Confunduntq. nemus , ramisq. iugantur amatis .
 Hanc etiam duris morientem arefcere fatis
 Vidit , & ad terram collapsa corpore ferri
 Pampineum autumnum , sociasq. requirere frondes .
 Talia monstra tuens collo dare brachia circum
 Conatur , manibusq. virum delusa requirit ,
 Abrumpitq. oculis somnos , noctemq. sinistram .
 Nec mora terrificis mentem turbata figuris ,

A 2 Sicur

4 BENEDICTI SOCCIACI

Sicut erat sparso per eburnea colla capillo
 Interiore domo positas procumbit ad aras
 Virginis, & tali lacrimas cum voce profundit
 Diva potens cali, cuius simulaera, piaseq.
 Effigies etiam multa de nocte frequenter
 Submissis terræ genibus, nec te magis unquam
 Virginei coluere chori, inuptaeq. puella.
 Si mihi non unquam cordi mala gaudia nocte,
 Non castum temerare torum, pedibusq. choreas
 Plaudere, sed sacris & post connubia templis
 Assuevi supplex, inuptaeq. mente remansi.
 Nec tamen inuisa turbavit pellice tædæ
 Infelix coniux, nec sacra iugalia fregit,
 Sed casti mecum servavit floris honorem.
 Nunc mihi quid turbata quies, & monstra minantur?
 Hunc precor, indigni quem vis asperissima morbi
 Possidet, hæufurtas da tante evadere pestis.
 Hei mihi, cur penitus medijs in sedibus arbor
 Expiravit humi caris viduata racemis?
 Quod si vera mihi portendunt sinera somni,
 Per te diua precor, per nomen amabile matris,
 Virgineumq. decus, duris hanc exue curis
 Infelicem animam, cari sine fata mariti
 Occupem, & illo meos manibus componat ocellos,
 Essequias decoret lacrimis & funera decat:
 Hic precor, hic superet longo qui dignior ævo
 Dixerat, & tonnes vanescere vota per auras
 Sensit, & effigies late sudasse Deorum,
 Et vestes cecidisse tholis, votivaeq. dona
 Artificum manibus fulvis cæcata metallis,
 Et tum Diva parens cali delapsa per auras

ibat

Ibat in Italiam, qua surgit nobilis Ancon;
 Natales visura lares, ubi amicior adfert
 Auxilium, carasq. tenet presentior aras,
 Hic procul Hispanas respexit ab aethere terras,
 Supremo Fernandus ubi iam frangitur aestu,
 Luctaturq. animus, pugnatq. nouissimus horror.
 Illa autem miserans celerem iubet ire ministrum,
 Qui duros obitus & membra resolveret, olim
 Iris eras, sed nunc caeli septemplex ales.
 Cui Dea difficili correptus morte laboras
 Castrius ante alios nobis gratissimus Heros:
 Iamq. natant letho vultus oculiq. grauantur.
 Labere, & arcanis moribundos voribus artus
 Imbue, ne lethi facies, ne tabidus horror
 Corpus edat, ne mors capitis deformet honorem;
 Haec habeat dilecta mihi solatia coniux.
 Paruit extemplo iussis bonus ales, & artus
 Induit in faciem Mercadi versus, & ora,
 Qui reuocat prope defunctos ad limina vitae
 Arte potens medica, Phœboq. potentior omni.
 Ibat calipotens similis vultusq. sonumq.
 Et canum caput & demissam in pectore barbaram
 Heroemq. tuens vicina in morte teneri,
 Pene dedit lacrimas, & mox affatur anhelum.
 Immatura tibi lux, & suprema propinquat,
 Linque humiles terras; non haec tibi debita sedes;
 Astra vocans, rape mente Deum, rape nobile regnum;
 Nec tamen exatis vita sua gloria membris
 Absuerit; venit in medios, ubi turba fidelis
 Nequicquam trepidat, nequicquam respicit agrum.
 Illicet auratum calicem caelestibus implet

6: BENEDICTI SOCIACI

*Ambrosiæ succis, & membra liquoribus ungit
 Arcanis, ne qua vitietur nobile corpus,
 Ne qua virum macies, ne quid mortalia quamuis
 Ledere membra queat, putriq. resolvere tabo.
 Ille etiam crines radijs accendit, & afflat
 Purpureum fronti iubar, aspectusq. decoros
 Addidit, illustresq. obitus, & mollia fata.
 Tunc Heros hilari circumfert lumina vultu,
 Mortali maior specie, morbiq. necisq.
 Immemor, & tantum superam reminiscitur aulam.
 Nec moriens comites passus deflere, sed ægros
 Solari consanguineos; nec coniuge fida
 Sed satiare oculos morientis imagine Christi.
 Illi in vnum gaudens seruatoremq. Deumq.
 Inuocat, illum vnum mediæ de morte reuersus
 Aspiciit, illum egris complectitur vsq. lacertis.
 Sic fruitur letho, atq. anima fugiente quiescit
 Ora supina tenens: veluti stros ille perennis
 Solis amans, si fortè malos exspirat ad Euros,
 Aut tellurè iacet ferro succisus; in illum
 Obuertit caput, & tota ceruice moratur.
 At coniux, non iam coniux, heu saxea toto
 Diriguit vultu, visusq. animusq. refugit,
 Et dolor ineludit gemitus: nox obruit ingens,
 Obtusosq. aufert oculos; mox luce recepta
 Sternitur in vultus dilecti coniugis, & nunc
 Ore legens animam confusa per oscula quarit,
 Nunc mæstis oculos manibus componit, & artio
 Circuit amplexu viduatum lumine corpus.
 Nec diu luce virum putat excessisse, fidemq.
 Vix oculis habet ipsa suis, sed frigida tandem*

Membra

Membra tenens imo voces è pectore rupit .
 Siccine maternis in conubialia vincla
 Abductam ruper gremijs Fernandæ relinquis ?
 Siccine præripere lebo ? sic sedere rupto
 Coniugij tece nostris complexibus aufers ?
 Nulla ne res nimium crudeles flectere Parcas
 Enaluit : non vlla fuit clementia morti ?
 Parceret vt virides præcerpere coniugis annos .
 At non Hesperijs præalata vxoribus ante
 Hos mihi sperabam thalamos , nec talia demens
 Fingebam votis rerum incrementa tuarum ,
 Nil crudele timens ; etenim hoc in flore iuuentæ
 Vnde tibi coniux fata immatura timerem ?
 Quenam te miserè primæna etate virentem
 Inuidit fortuna mihi ? tu sidus Iberum ,
 Tu thalami sors illa mei ? qua tangere cælum ,
 Hispanasq. nurus titulis antecire videbar .
 Hæc quam conditio viuendi gratior illis ,
 Quæ nullis addicta toris transmittitur ætas .
 Agnosco trepidos somnos , portentaq. noctis .
 Hoc animum questus , extinctaq. sedibus arbos ,
 Nocturniq. metus , & turbida semper imago
 Præmonuit , nox vera dedit præfagia lethi .
 Quid queror infelix ? hæc nos fortuna manebas .
 Infausto nos igne Venus , nos lampade tristi
 Iunxit Hymen , subito exceptum quo turbine flerem .
 Sed bene habet , caros etiamnum amplectimur artus
 Hei mihi , sed tristi iam iam rapiere phæretro ,
 Diuides hæc suprema dies , atq. oscula rumpes .
 Deiectos nunc saltem oculos attolle parumper ,
 Amplexus mihi redde tuos , mihi mutua redde

A 4 Oscula

8 BENEDICTI SOCCIACI

Oscula. sed quid ago demens? heu flebile sensu
 Corpus eget, nec mors audit lamenta vocantis
 Hic eternus amor mansuraq. fœdera lecti?
 Felix quæ caræ dilecti coniugis umbras
 Occupat, optatoq. potest præuertere letho,
 Et dulces lacrimas habet, & lamenta mariti.
 Quid moror iniusam quamprimum abrumpere vitam,
 Ingratumq. diem? non in comitatus abibis,
 Tecum adero coniux, indiscretiq. sepulcro
 Ibis, atque vna cineres miscebimur vna.
 Infelix ulularet adhuc, & turbida mortem.
 Quæres. abripiunt famulæ, longæq. reportant,
 Solantesq. tenent. roseum decus illa genarum
 Destruit, immeritosq. auido ferit vngue capillos.
 Iam vocis, iam mentis inops. sic coniuge turtur
 Amisso nidi socii, quem ferreus auceps
 Aethere deiecit traiectum præpete plumbo:
 Nunc notos nemorum tractus, nunc quæstibus implet
 Flumina, cognatosq. interrogat anxia ramos:
 Nunc lecto miseranda sedet, mæstoq. cubili
 Incubat, oblatasq. gemens auertitur escas.
 Interea tristi uelantur limina pompa,
 Damnatur luctu domus, & de more teguntur
 Porticibus totis mæsta ferrugine muri:
 Ast vbi prospectum spaciosior area laxat,
 Et picturato variantur marmora vultu:
 Funexæus torus assurgit, magnumq. phœretum
 Sede locant media, & cinctum fustalibus atris
 Constituunt, mæstis rubuerunt atria tedis,
 Suspendunt alij muris diademata regum,
 Et simulacra Ducum muris animata figuris.

Coma

Gentiles monstrantur aui , dominaſq; quondam
 Stemmata , & antiquis inſignia parca triumphis .
 Hoſtiles ubiq; galeas de poſtibus altis
 Vellunt , & fixas ſummis laquearibus haſtas .
 Exuviasq; ſibi plenas ad funera portant ,
 Truncatos enſes , detractos hoſtibus obſis
 Thoracas , Manis erepta rebellibus arma ,
 Iaponioſq; arcus , Permariorumq; ſagittas .
 Hoc datur in ferro decus , & ſolatia mortis .
 Et iam deſunctos ſuorum producere matres
 Turribus è ſacris datur illacabile ſignum ,
 Luſtiferiq; cano tinnitus æro crientur .
 Iamq; Sacerdotum diuerſa ex ordine cœtus
 Conveniunt , & carmen hiant maioribus apertum
 Manibus . at poſtquam velati veſtibus albis
 Circumiere totum , pura ter ſtebile corpus
 Luſtrauere vnda ; procedunt agmine longo
 Compoſitis lenti gradibus , manibusq; tenentes
 Accenſas de more faces . iacit vndiq; lucem
 Cerea pompa facrum , totamq; illuminat urbem .
 At ſocij Heroes induſi veſtibus atris
 Succollant pheretro , ſupremaq; munera ſoluunt .
 Vt vero pullata cohors lacrimabile funus
 Extulit , horrendum per teſta dedere fragorem
 Accenſe luſtuſamula , miſerandaq; coniux
 Vociferans , cur ire vector , cur ſola relinquit
 Ferte ſimul miſeram . crinemq; auellit , & ora
 Sauciat exclamans , ne vos arcete ſepulcro ,
 Si qua tenet pietas , ſi quos mea funera tangunt :
 Ferte ſimul , ſaxo felix tumultabor eodem ,
 Talibus inſiſtens lamentis corruiſt vxor

10 BENEDICTI SOCIACI

Te Fernande vocans singultibus interruptis.
 Nec minus Hesperiam delato Heroe per vrbes,
 Complentur clamore via, dolor omnibus idem,
 Omnibus est eadem facies, stendiq. voluptas.
 Virtutes Fernande tuas secundaq. laudum
 Pectora commemorant; populos it sermo per omnes
 Vnus, abisse plagis mirabile sidus Iberis.
 Heu vbi purpurei vultus, vbi gloria forma,
 Et niuea cernicis honos? hæc fata iuuenta
 Debita? sic meritis componit fascibus vrbes?
 Quis nunc magnanimi nobis diademata Regis,
 Sceptriferamq. manum, maiestatemq. timendam
 Conciliet? quis nunc aditus, & tempora fandi
 Admoneat? quando iusta Rex serbuit ira,
 Quando serenata maior clementia fronti,
 Quae largas magis hora manus, quae præbeat aures.
 Tu bello, tu pace potens. tibi credita vita
 Verborumq. fides: censu tu diuite egenos
 Ditabas contemptor opum, faciliq. beabas
 Aspectu ciues: placito te vidimus ore
 Extinctum tamen, & vitali lumine cassum:
 Magnaq. per gelidos spiravit gratia vultus.
 Nunc mutum te marmor habet. poterisne vocari
 Sedibus à superis, auresq. advertere votis?
 Annè sedes iuxta solium regale Philippi?
 Vnanimēsq. ambo vestros spectatis Iberos.
 An Lusitanas gentes tibi rector Olympi
 Credidit, & patriæ voluit succurrere regnis?
 Quisquis es, infelix clades eris, & dolor ingens
 Omnibus, Hispanisq. diu plorabere terris.

P R O



PROPEMPTICON.

Plucher Atlātiades, dubios cui credita fors est
 Observare aditus, certosq. ostendere fines,
 Nunc faciles inferne vias, virgaq. potenti
 Agmina nimborum prohibe nigrātibus alis
 Deformare diem, nebulisq. involvere mundum.
 En molitur iter, meritisq. vocabula Magni
 Migrat Alexander. secedite nubila cęlo,
 Aufer hiems glaciale caput, gravidasq. pruinis
 Abde comas: tu Sol volucris metator Olympi,
 Sterne solum radijs, & vos Eous, & Aethon
 Purpureum placitis efflate hinmitibus ignem:
 Qui procelloso ventorum presidet antro
 Aeolus, & sauos compescit carcere fratres,
 Cui tempestates famulae, cui nubilus aer
 Servit, & ingentes late voluuntur habena.
 Ventorum furias, debacchantesq. procellas
 Compedibus frenet duris, atq. obijce saxi.
 Illicet insani flabris clementibus Euri
 Dediscant rabiem, longę nunc exsulet Auster
 Nimbipotens: soli zephyro sit copia cęli,
 Solus iter quatiat, vernosq. superuolet agros
 Præpetibus pennis, & voce salutę nuntiem,
 Donec in optatis ponat vestigia terris.
 Quo feror? incertis voces committimus auris,
 Irritaq. infasti discerpunt omnia venti.

Stas

12 . BENEDICTI SOCCIACI

Stat nebulis tali facies, atque imbribus æter
 Soluitur, ipse oculis nequiquam spectat Olympum.
 Insuber, usque adeo terris densissimus horror
 Incubat, & cæcæ clausurunt æthera nubes.

Ecquis inaccessum miseris mortalibus olim
 Rupit iter? quinam ille virum, quinam ille Deorum
 Transiit patrias pulsa formidine sedes?
 Abscessosq. suis docuit cognoscere fines?
 At non talis amor Satharno rege paternas
 Desolare domos, & avitæ linquere terras.
 Nondum caruleis sese commiserat undis
 Pinus, & audaci contempserat æquora rostro.
 Non via secta vias aperibat, non lapis ullus
 Discernebat agros, genulis tranite campi
 Demigrare nefas homini. nos debile vulgus
 Scrutamur terras penitus, quas spectat eo
 Cardine, & extremis cum Gadibus immoritur Sol.
 Quemq. inuat mutare lares, hinc funera, mortes,
 Hinc scelera, eversæq. inimicis viribus arces.
 Hinc manet Italiam grauis exitus, Hannibal ex quo
 Alpibus imposuit Lybien, cæloq. minantes
 Edomuit flammis scopulos, molesq. nivales
 Dispulit, & Lybicos saxa indignantia gressus.
 Non vnam Pænis tali discrimine cladem
 Immisit Latio, multusq. irrupit apertam
 Hannibal Ausoniam, Romanaq. contudit arma.
 Usque ad ædne parua Trebia stipasse fluentium
 Corporibus Anatis, Trasmennam arctasse cruentis
 Cædibus, & Latio saturatas sanguine Camas?
 Quis Senonum furias, funestaq. prælia Cimbri
 Lumina tot straxisse Italam, tot cædibus aceruit

Nescio

Nesciat, & cunctis viduatae civibus vrbes?
 Hinc capus exidij civilis, & impius horror
 Intonuit, cum Casareo descendere iussu
 Armatas cuneis Gallorum vidimus Alpes.
 Quid quaerimur? tellus fumat si Belgica nostro
 Sanguine adhuc; nostrisq. albestunt ossibus agri.
 Nunc etiam patria praesens (hoc defuit unum)
 Eripitur caput, Insubrici pars magna Senatus.
 Quas lacrimas dabit illa dies? quando oscula rursus
 Insubrum proceres, cum circumfusa inuentus
 Fundetur portis, totis ut membris obstat.
 Vera loquor. sonat ecce caevis singultibus aer,
 Auditiq. vitium gemitus; oculiq. genaeq.
 Triste salutantum lacrimoso flumine inundant.
 Quaeq. movet gressum, primorum sanguis ad unum
 Suspirat tacito; dextras innuat ordine dextra
 Inferere, humentesq. oculos ostendere certant.
 Sic ubi solertes dilecto littore nauta
 Digrediuntur, & expositis flant pontibus alni:
 Accurrunt focis; concursu littora feruent,
 Itur in amplexus, crepitantq. per oscula mala.
 Stant pauca e scopulis matres, visusq. sequaci
 Prospiciunt mare velivolam; & fugientia longe
 Suppara, nec possunt oculos saturare tuendo.
 At vos capripedes siluestria mamina Panes,
 Quos penes aruorum cultus; nemorumq. recessus;
 Ora e muscosis antiqua pumiceis antris
 Exerite, & soleri venientem adcedite planta:
 Hinc, atq. hinc densentur Oreades, illa patentes
 Vestiget per plana vias, hac seruet hiatus,
 Et procul exploret scopulos, qua lubricus horret
 Collis,

14 BÉNEDICTI SOCIACI

Collis, & infido frustratur semita cliuo.
 Pars nudum properet denexa per ardua callem
 Aerias longo peruerrens tramite rupes.
 Ilicet amoveant cuneis certantibus omnes
 Horrentem montis faciem, vel agrestibus armis
 Latum limitem agant, pars moles erigat altis
 Aggeribus, ne forte niues tristentur euntem.
 Cornipedem curate Deæ, vos manus recentis
 Pectite colla manu, duris vos soluite loris
 Fumantem, dum mata cauis nox ingruet umbris.
 Nec mora Faunorum posita formidine circum
 Hydriades, Driadesq. Deæ comitatus agantur.
 Et vos humentes fluviorum numina Nymphae,
 Montani pars magna gregis, nil lene sonantes
 O cohibete lacus, & stagna frementia ripis:
 Hiberniq. amnes, & siqua licentius errant
 Flumina, desudant: nunc ripa coerceat undas
 Tranquillo contenta vado, fluviiq. silentes
 Heroem cursum obliti mirentur, & alto
 Accipiant gremio venientem, ac molibus undæ
 Incolumem ad Belgas, optataq. litora mittant.
 Fama mali series, turbatrix fama malorum,
 Nunc legi aduentus monitrix, prænuincia veri,
 Carpe viam pennis, Belgarum adlabere ad oras,
 Oppidaq. Austriadum certis rumoribus imple
 Aduentare virum, Subrum de sanguine cretum,
 Præcipuam Regis trabeam, legumq. potentem:
 Cui natura breui conclusit pectore magnas
 Ingenij vires, diuinaq. semina mentis.
 Ille quidem Bataui frenabit litora Nerei,
 Et coniuratis detrudet menibus hostes.

Capitulum

Captiuus iam Rhenus aquis sub legibus ibit
 Cornibus infractis , iam martia bella resident .
 Omne genus culpæ pena premat , omne laborez
 Edomuisse nefas , & sanos condere mores ,
 Hispanoq. iugo luctantia subdere colla .
 Ilicet arma manu mitescent , arma paternis
 Postibus affigens , gladiosq. in aratra cruentos
 Conflabunt , alij recoquent fornace ligones
 Incuruos , auidisq. nouabunt rastra caminis .
 Horrentes clypeos , & martia tela rubigo
 Induet , infectum mansuescet sanguine ferrum ,
 Iratæq. nouo iungentur federe dextre .
 Quare age Mosa pater , tristi qui gurgite portas
 Funera , diuersaq. oneratus strage rubescis :
 Excipe mutato venientem argenteus abueo
 Auriferis fluxurus aquis , & diuite gleba .
 Heroem propera per regna superba , per arces
 Tranquillo vestire vada . nec Mosa tremiscas
 Nomen Alexandri , quamuis Farnesius hostes
 Contudcrit bello , stravitq. à culmine summo
 Oppida , & infestis Belgas infregerit armis .
 Ille etenim enixos quondam cernice rebeli
 Excutere imperium tandem parere coegit ,
 Infrensq. suæ Belgas permittere dextre .
 Horret Alexandrum versis Antuerpia fatis ,
 Cammeracumq. ingens , & sceptrifere Bruxelles .
 Quid referam arctatos commissis cedibus amnes ,
 Gallorumq. alto stagnantes sanguine campos ?
 Tu quoq. Mosa pater spectasti funera tanto
 Bellatore tumens , cum vix se posset acervis
 Exonerare vadum , plenisq. euadere ripis .

DNC

16 BENEDICTI SOCCIACI

Duc & ad Oceani fines , ubi Marte secundo
 Fulminat , & ferro properat Triuulius omnes
 Demoliri arces Bataunum , atq. excindere gentes
 Bellipotens , vbi fertur equis , vbi fulgurat ardens
 Sanguineo victor clypeo , & victricibus armis .
 Insuabres ambo Belgarum in praelia fractos
 Component animos , iam perfida tela quiescent ,
 Hispanoq. volent hostes assuescere scepro .

Ergo erit illa dies , qua te maioribus auctum
 Fascibus Insuabria primas intrare curules ,
 (Ni mala fors reditus sauo discrimine rumpas)
 Sidereo iubeat nutu regnator Iberum .
 Leuiter sonus , & sublatus ad aethera clamor
 Nunciet , insuetiq. fremant caua mania plausu .
 Prodebunt acies portis , cuneataq. plenis
 Effundet se turba vijs . hinc agmine denso
 Primores coram volitent , lateriq. superbis
 Agglomerentur equis . tum circum rursus inundet
 Vnda saluantum , summisq. in turribus vrbis
 Confidant de more senes , & tecta domorum
 Obsideat nutuum manus , atq. examina matrum .
 Vnum suspicient cuncti , gens omnis in vnum
 Intentos figent oculos , atq. ora tenebunt .
 O quantos globus Insuabrum dabit vndiq. plausus
 Ingeminans ; quantus superas fragor ibit ad auras ?
 Ipse tuus nudo spectabis vertice ciues
 Aurato vectus curru per strata viarum .
 Qualis vbi vastas mundi voluebat habenas
 Fœcunda imperijs , nec non dominantibus armis
 Roma prius calo tantum minor ; ordine belli
 Siue Caledonijs pacarat littora regni ,

Ar.

*Arctosq. amnes, captiuq. flumina Rheni;
Sive catenatos post currum attraxerat Indos,
Romaniq. parum patientem pontis Araxem:
Quadrijugis vehebatur equis, atq. axe superbo
Consul, & ingentis Capitolii templa subibat.*

SAPIENTIÆ PALESTRA.



*Vdaci mea corda fremunt euoluere cantu
Palladias ut opes, doctrinarumq. theatrum
Insubrię custos FEDERICVS, & In-
suber idem*

*Annuerit spectare oculis, presensq. bearit
Felices operum iuuenes. Quis tale canendo
Graingenum Vatum, Romanorumq. minorum
Aequet opus? non si aspiret mihi Mantua vires
Digna loquar, non Smyrna suos si donet honores.
Sed quia praestantes amor est memorare labores.
Quamquam corda gelat, trepidus formidine sanguis,
Aggrediar. Vos o grauisima numina vatum
Pierides, quibus est adeo sapientia cordi,
Vos seriem monstrate mihi, monstrate quis auctor
Palladio pubem sese committere circo
Impulerit, nostrisq. Heroem assuescere mensis.
Tene o sacrorum moderator, & urbis auisq.
Magne parens, te communi discumbere lecto
Aspicimus? datur haec nobis, datur ora tueri
Instructas inter mensas, epulasq. recentes?
Vna omnes tecum dapibus vescuntur in aula,*

B

Prob

Proh faciles domini mores ? nec surgere fas est.

Ne tantum commenta tui, ne respue ratis,

Forsan & hæc animum non iniucunda iuuabunt.

Vt tandem metas studiorum clara iuuentus

Attigit, & lato strepuere sedilia plausu.

Vt fessas oculorum acies, fessosq. lacertos

Surripuit scriptis, calamosq. abiicit adesos

Instrumenta otii, doctorumq. arma laborum :

Extemplo magnos rerum tentare paratus

Indociles nescire diem, tenebrasq. fovere

Exarsere animi, iuuenes fert impetus ingens

In medios prodire viros, vmbriq. relictis

Luce palam certum est versari in puluere docto.

Ipsa manu ingentes iuuenum sub pectore Pallas

Vertit agens stimulos, ipsa ad precordia iactans

Subdit amica facem, quæ mentes acta sub altis

Visceribus serpit totis, gelidumq. timorem

Destruit, atq. ignis interplicat ossibus ignem.

Mox Dea corda subit, famæq. & laudis auaris

Mixta animis, spes exacuit, dat inertibus ausus,

Alloquijs firmat trepidantia pectora, mulcet

Quemq. manu, vocat ad laudes; præcepta capeffunt

Audaces, segnesq. nouis hortatibus ardent

Ingenium tentare iuuat, viresq. latentes

Explorare, parans sese ad spectacula fame

Delecti è cunctis, & sacris legibus aucti :

Non secus ediscunt animosi prælia tauri,

Cum creuere tori, maioraq. cornua fronti,

Et matrem de more sequi indignantur anhelam :

Certatim explorant vario certamine vires,

Mugitusq. cident, & cornua plena mirarum

Arbo-

*Arboreis acuum truncis, pedibusq. superbis
Immeritas quatunt glebas; hic verberat auras
Improbus, hic sparsa pugnam meditatur arena.*

*Sic videas alacrem ad pugnam proludere pubem,
Quemq. labor inuenem pernox exercet, & ardent
In Solem studijs certatim ducere noctes,
In noctemq. ardent studijs producere Soles:
Inuigilant carnis, quando data copia famæ,
Et Dea pectoribus super incubat, emicat ignis
Acribus ex oculis, vigor igneus æstuat intus
Scintillaq. genis, totoq. erumpit ab ore.*

*Nox erat, & pecudes per nota cubilia fessas
Strauerat alta quies, suus & Neptunia somnus
Æquora mulcebat; nemorum conuexa silebant
Omnia, non vllis dumeta loquacia ventis,
Non querali de more lacus, non aere vulgus
Aligerum pennis stridebat, munera noctis
Carpebant homines, & facta obliuia curis.
At pater incumbens carnis FEDERICVS, & instans
Excubat, emendatq. moras, mentemq. capacem
Doctrinis onerat media de nocte, nec alto
Componit sua membra toro, seramue quietem
Permittit membris, oculisq. immobilis hæret,
Cum Dea Cecropidum tacitas delata per vmbrae
Magnanimi tectis FEDERICI allapsa, fidemq.
Ne species inopina neget, neu falsa videri
Noctis imago queat, sibi nota commodat arte
Oligiati celsos humeros, gressumq. habitumq.
Induit, in vultus & se transformas amicos.
Robuste venire gene, venitq. virilis
Oris honos, per membra niger defluxit amictus.*

Nobilis, umbravit lato ficta ora galero :
 Talibus occurrens formis sic ora resoluit .

O pater Insubrum, patrias qui condidit Athenas ,
 Qui priscas sapientum artes recidiuaq. ponis
 Atria Musarum, & veterum monumenta virorum :
 Te tuus Olgiatus, pubesq. electa tuorum
 Immensas emensa vias, defuncta periculis,
 Quae facilem tenuit finem, cursusq. secundos :
 Oramus, dignare tuis succedere testis,
 Conspectus promitte tuos, res aspice nostras.
 Iam lecti iuuenes ceptis ingentibus audent
 Palladio dare se campo, se credere pugnae :
 Stare in conspectu nostri ductoris, & ore
 Contingat, nostrasq. palam depromere vires.
 Certè nobilibus florentes artibus olim
 Nos fore, quos opibus, fama, ad sidera ferres
 Pollicitus, nec spes ideo pascemus inanes,
 Et solamur adhuc tantorum damna laborum.
 Tu nos mille vijs, tu mille ambagibus actos
 Eripis his manibus, faciles tu currere cursus.
 Longarumq. doces compendia tuta viarum.
 Optatum precor aspectum ne subtrahes, nec nos
 Ne quicquam lectos numero secernis ab omni.
 Discendi studio potuit Pompeius olim
 Pauperibus testis Latios summittere fascis,
 Auribus & cupidis Gratos audire disertos
 Hannibal: Insubres & tu dignare parumper .

Talibus instantem dictis, precibusq. rogantem.
 Ille subit: nosne egregys accingere rebus
 Difficiles Olgiate putas? & ad ista precaris?
 Est hic, est animus studiorum cultor, & istum

Quem

Quem tu multus amas fama non odit amorem .
 Craſina cum roſeos Aurora reduxerit ortus ,
 Procurent animos iuuenes, ad remq. parent ſe
 Intrepidī, noſtro cernatur lumine virtus ,
 Illo ſpectetur iuuenum ſolertia templo .

Dixerat, abſcedens ſimulatos Pallas amittus
 Diripit, & pariter mentitos exiit artus ,
 Excuffitq. togam ex humeris , ſimulacraq. ficta
 Depoſuit confeſſa Deam, tectumq. reliquit .
 Olli ingens ſpecies percuſſit corda, toroq.
 Procubuit, noctemq. oculis poſcentibus hauſit .

Interea ornatus tanta ad ſpectacula Pallas
 Apparat, Etneaq. gradum molitur ad oras ,
 Deuenitq. locum , quā ferrea tecta rigescunt
 Cyclopum fabricata manu , ſtant horrida ferro
 Limina portarum, ferrataq. culmina ſurgunt :
 Dignā Deo ſtatio . nullam maiore Pyracmon
 Conſtruxit ſudore domum , ſolidatur aenis
 Vndiq; parietibus, trabibusq. niteſcit eburnis
 Regia, & ærate ſuſtentant tecta columna .
 Armorum ſeries ingens faſtigia circum ,
 Et vacuę galeę , & crudeles cędibus enſes .
 Huc Pallas glomerat grefſus, & cardine verſo
 Immortale ſubit tectum , ſtellisq. decoros
 Ingreditur poſtes, Vulcani ardentia regna .
 Illum ventofis ſudantem foliibus ingens
 Exercet ſub nocte labor, variamq. polibat
 Telorum fegetem, quibus atria vaſta coronat;
 Aerataſq. rotas, cumoſq. urgebat aenos .
 Terribilis vultu Steropes, Brontesq. bimembris
 Aegida Gorgoneis unimare in prelia monſtris



22 BENEICTI SOCIACI

*Forte laborabant, & formidanda trifulcis
Fulmina cum facibus, quibus altæ Iuppiter Offe
Territat omne nemus, quibus excutit Apenninum:
Ictibus Aetna tonat, Cyclopum operosa fatiscunt
Brachia, quassatisq. fremunt incudibus antra
Stridentum fonitu armorum, calybumq. gementium.*

*Talibus instabant cum Pallas testa subiuit:
Quam simul ac vidit celeres aduertere gressus
Vulcani coniux, venienti occurrere cepit,
Acceptaq. manu, tum sic affata sororem est.*

*Quæ tibi caussa viæ, quid te ferrugine cæcas
Egit adire domos? cur hæc ad limina tendis?
Ne pudeat, precor, obscuras intrare cavernas,
Et tollerare lares ferri stridore gementes.
Sic effata Deam magna in penetralia duxit
Interiora domus, celsaq. in sede locavit,
Nec mora Vulcanum fumoso accersit ab antro,
Et rosæo venisse Deam denunciât ore.
Ille refert, Siculamne hospes deuenit ad Aetnam,
Cui nunc horribili desudat in ægide Cyclops
Plurimus, innumeris latè quæ sibilat hyædis.
Duc Dea, duc intro, penetralibus excipe testis,
Donec ego properem ventosos ponere folles,
Et ferrugineis galeas suspendere muris.*

*Hæc ubi dicta dedit se formidabile monstrum
Erigit, alternansq. gradum nutat pede curto.
Deserit incudem, folles fornacibus igneis
Amouet, abstergitq. manus, faciemq. nigrantem,
Canitiemq. manu comit, villosaq. membra.
Squallens ora tamen, cervicem fumens horror
Asperat, & nigra riget in clementia forme,*

Inde

*Inde rudem induitur tunicam, sceproq. trabali
Nititur; & dominum famuli comitantur euntem.
Vt genitor stetit ignipotens vbi diua sedebat,
Inseruit manibusq. manus, tum talibus infit.*

*Quis Dea suasit amor nostras inuisere sedes?
Atneis equidem memini te assuescere lectis,
Nec sic Diua tuus periit de pectore toto
Muciber, vt notos nunc aspernere penates.
Fare age, quid iubeas, me iussa facessere fas est,
Si quid in arte mea, manibus si fidis in istis.
Lemnius hæc breuiter, sed non breuis inclyta Pallas.*

*Dum vellem armifero mentem furiare tumultu
Bellatrix, traheremq. inimica in prælia Martem;
Vulcani galea. texi caput, armaq. gessi
Facta tuis manibus, nec tela excudere nobis
Pœnituit, Siculisq. diu sudare caminis.
Nunc tua debentur F E D E R I C O munera, qui me
Excipit hospitio, sedesq. habitare quietas.
Italia pulsam dedit, exsilioq. reduxit.
Illum ego felici reuolutum matris ab alno
Suscepi gremio nutrix, ac plurima fovi.
Ille meas bibit illecebras, diuq. magistram
Ingenio præuenit ouans, quid plura reuoluo?
Solutus habet quicquid tenet omnis turba deorum.
Illi dona paro varijs cælata figuris,
Impressumq. decus, diuinæq. artis honores.
Mandentur folijs pompa simulacra futuræ,
Ingenij culantur opes, hæc omnia quando
Perficere est animus, nec nostri cura recessit:
Aspice quæ coeant docta in certamina subres,
Aspice, sunt studijs exercita pectora nostris.*

24 BENEDICTI SOCIACI

*Subjicit ignipotens : ultra ne tende precari,
Non precibus hoc pectus eget, non gratia cessit.
Diva tui, nostroq. nefas dubitare labori .*

*Te penes est quocumq. ignes, quodcumq. camini
Eualeant, perfecta tibi dabo munera Pallas ,
Qualia non umquam ventura tuebitur atas .*

*Hec ubi dicta dedit gavisam Pallada liquit,
Ventosos reperit folles, quibus excitat ignes*

*Inspirans tenues vastis fornacibus auras.
Nunc aduersus agit, nunc verso pectore ventos ,
Ornatuſq. nouos, magnumq. insigne parare
Talibus hortatur Cyclopas vocibus omnes .*

*Ne, iubeo, ulterius ceptos vrgete labores
Telchines famuli, sed vos accingite mecum
Palladias ad opes, doctrinarumq. reperta,
Et mecum Romana nouis elementa figuris
Percutite, & docta certatim rudite dextra,
Rumpite, queso, moras : sic exhortatus anhelę
Fornaci iacit æs, argenti, auriq; metallum :
Inde grauem locat incudem, fabrilia prensant
Instrumenta manus, hanc forceps, malleus illam
Armat, & ære nouo varijs fit tessera formis,
Quæq. minutatim sectis it littera signis,
Prima Latinorum quondam rudimenta nepotum .
Continuò raptis concurrunt vndiq. bullis
Cyclopes manibus rapidis, atq. arte magistra
Direxere notas, & sulcis arte peractis
Ordine quæq. locant & proxima quæq. recondunt,
Littera quæq. suo distinguunt internallo .
Iamq. adeo paribus numeris dimensa locorum
Quadrantur spatia, & completo limite totum*

Fluctuat

Fluctuat as, series componitur, atraq. sese
 Sectilibus varijs aperit seges, æra leguntur
 Docta caternatim, & rerum simulaora renidens.
 Ipsi Telchines nudati veste reducta
 Vnguinè nigranti folles tinguntq. premuntq.
 Inclusasq. notas, atq. æra recentia doctis
 Subijciunt prelis, spumisq. nigrantibus vnguis.
 Dant alios alij nixus, hi tortile lignum
 Adductis torquent manibus, laxantq. remissis:
 Haud mora fit; madidis prela incumbentia cartis
 Attollunt sursum, digitisq. recentia dona
 Surripiunt, & opus mirandum Palladis exit.

Dum pater Aetneus tales festinat honores,
 Magnanimum Heroem promissi lucifer ortus
 Admonet, ingentesq. iubent assurgere cure.
 Accurrunt famuli; Tyrij properantur amictus,
 Diunosq. humeros, & terga micantia supra
 Induitur bysso; pars necit vincula plantis,
 Pars lateri se se glomerat, pars nobile collum
 Purpureo stringit cinctu, quem fibula mordet,
 Romuleumq. sacris inducunt artubus ostrum.
 Pone alius domino prohibens sola syrma: e verri
 Subsequitur, vestesq. manu sustentat heriles;
 Ille præt. signumq. manu venerabile præfert,
 Procedunt alij, & primi per tecta feruntur.
 Ergo memor Diuæ FEDERICVS adibat auitum
 Limen, & intrabat sedes à semine dictas.
 Ecce dato signo iuuenes glomerantur ambeli,
 Scriptaq. deponunt manibus, calamosq. reclinant.
 Tum cunctis damus effusis se tota videndam
 Obtulis, ac sese spatia in sua queq. recedens;

Expli.

Explicuit legio, & latè stetit ordine longo
 Summissis genibus, palmisq. ad pectora pressis.
 Tum sacer Anistres dextra partitur eundo
 Munera Dinorum, fert aurea lumina passim
 Sideream voluens aciem, lætusq. futuris
 Interiora domus intravit limina, & alta
 Consedit catedra, maiestatemq. verendam,
 Augustumq. caput parua angustavit in aula.
 At tectum. ulterius vario strepit omne tumultu,
 Pars longas properant mensas, certantq. tapetis
 Emunire toros, vario velamine inumbrant
 Mutorum latera, & vastum conclauē coronant:
 Pars lautos adolere focos, epulasq. parare.
 Nec procul incerto torrentur viscera ferro
 Cesarum pecudum, cumulant hi deinde canistris
 Arte laboratam Cererem, Bacchumq. lagenis
 Præcelerant, vario feruent vasta atria cursu.

Interea curas cythara solatus Apollo
 Insubrię terras cælo spectabat ab alto;
 Vt verò festis FEDERICVM insistere tectis
 Vidit, & insigni templum iuuenescere pompa:
 Illius factis stupefactus talia cœpit.
 Magnanime Heroum, fama sic itur ad astra.
 O caput, Insubrum, cui nos famulamur, & vltro
 Ad Borromæum tot saxa onerosa Lycæum
 Subuectare iuuat, magnasq. aduoluerē moles,
 Dum testā indulges fugientibus hospita musis.
 Nunc & Phoebeas artes, nostrosq. labores
 Præmia digna manent, oculos industria tandem
 Extulit, atq. animos tollunt ad sidera vates:
 Nil rebus metuent parcis, inopię senectæ

Sed

Sed saturi crebra testudine carmen hiabunt :
 Scilicet Insubria doctæ mutantur Athenæ ,
 Dum patrijs noster F E D E R I C V S. præsiulet aris .

Dixit, & in terras per inania nubila saltum
 Destinat, & gravidas pluuia latè amouet auras ,
 Heroemq. petit, qui iam sese arduus altæ
 Composuit mensæ, primaq. in sede locauit .
 Tandem surgendi, veniamq. sedendi
 Tranquilla iubet esse manu, turba ilicet omnis
 Accubere, sua testum tinxere corona .
 Septeni iuuenes, qui mensas ordine curent ,
 Delecti accurrunt, iterumq. iterumq. recurrunt
 Nudati capite, & cincti manilibus albis
 Accelerant, variantq. epulas, quod cuiq. ferendum est .

At procul aspectu tanto gauisus Apollo
 Stabat amica tæns, testumq. immane tenebat :
 Tum media assurgens superastitit arduus aula
 Vnius os, habitumq. gerens, & corpus alumni .
 Puber enim teretes humeros onerarat amictu
 Luteolo, pedibusq. togam diffuderat imis .
 Vernantes mansere genæ, sed falsa cucurrit
 Infula per crines, & rasi verticis orbis .
 Cetera persimilis iuueni, vultumq. sonoremq.
 Et roseos membrorum artus, pubemq. comantem .
 Inde loco Deus assurgens sic insit ab alto .

Vere nepos Diuum, patriæ spes altera terræ ,
 Qui nostros formasti animos, qui sponte beasti
 Talibus inuentis, admirandisq. repertis
 Felicem rerum, fortunatamq. iuuenearis .
 Imperijs quinam ille tuis certauerit vnquam
 Antistes? quis te Insubriæ florentis amato

Impo-

Impositum folio componere moribus urbem
 Nesciat? O utinam meritum donare tiam
 Huic capiti fors æqua velit, quam Romula tellus,
 Suspicit accuruis genibus, quam mundus adorat;
 Non pars multa virum facundias temneret artes,
 Sæua nec ingenium tenebris damnaret egestas.
 Non te terra capit, talem te finxerat ætas
 Puberibus annis, cum dignam murice vitam
 Exigeres, pueroq; senex concederet omnis.
 Iam tum canitiem mentis, iam Roma loquentem
 Obstupuit, rerumq; sacras mandauit habenas.
 Te multa pariter producere Pallade solem
 Quemq; iuuat, teq; assiduis pallefcere cartis.
 Tu doctus quis fulmen agat, quæ sidera ducat
 Spiritus, vnde furor ventis, quæ semita solem
 Præcipitet cursu, quo rancæ tomtrua celo
 Terrificent homines, quæ mutant regna Cometes.
 Tu doctus radio sectum describere cælum,
 Quæ vis astra rotet, retrò quanam astra ferantur
 Obluctata polo, cur sero sidere noctes
 Hibernas producat hiems, & contrahat æstas.
 Regna tibi regnata Deo lustrantur, & inter
 Cælicolas mortalis adhuc tu transigis æuam,
 Diuinas dum noscis opes, cælumq; quod ultra est.
 Quicquid turba ingens sapientum credidit æuo
 Arripis, inq; tuo se pectore tota vetustas
 Condidit, vnus habes quicquid complectimur omnes.
 Adsis ò nobis, sedesq; haud immemor istas
 Semper ames, vatumq; velis meminisse tuorum.
 Dixit, & intensus euasit ocyor auræ
 Pronipiens sese, visusq; sefellit hiantes.

Agnos

Agnouere omnes Phebum per inane volantem ,
 Insignis cythara patuit Deus, & nouus aula
 Fulgor iſe, ſeſeq. fugi confessus Apollo eſt .
 Certant letitia iuuenes, mirantur & ipſum
 Heroem, tacitis omnes obtutibus herent,
 Fit plauſus totis caua per laquearia tectis .
 Hic compreſſa fames, conuiuia grata queſcunt,
 Accinctiq. ſinus iuuenes manilia ſoluunt .

Iamq. auidos ciues ſpectacula docta tuendi
 Fama vocat, cunctis longæui à ſedibus adſunt
 Exciti, illi etiam queis rerum incognitus uſus
 Conueniunt; penitus cellas diſſuderat omnes
 Exſpectata dies, templumq. inſigne tenebant
 Inſubres urbis proceres, cætuſq. togati .

At Dea ſe denſo nimborum ſepit amictu
 Pallas, & ingenti collectos ſaſce libellos
 Inſubriam deſert aquila portante ſub alis .
 Vtq; in ſublimi F E D E R I C V M ſede ſedentem
 Proſpexit tot ſtrata inter, pictoſq. tapetas,
 Ornatus miros, & dona recentia dextra
 Obtulit, ac tali ſuccumbens inſtitit ore .

En rerum perfectæ tibi monumenta ſacrarum
 Aetneo procuſa Deo, quæ munera præcepſi
 Extudit vniuſ noctis labor, accipe letus,
 Nec dubita docto iuuenes permittere gyro .
 Ille Deæ caritæ, & tali munere gaudet
 Impreſſaſq. aperit facies, & mente volutans
 Singula deſixus fletit, exarſitq. legendo
 Luminibus tacitis opus admirabile diuum .
 Illic ſacrorum ſeries exacta laborum
 Arcanis inſcripta notis, rariſq. figuris

Proti-

Protinus apparet, genus illic omne videres
 Diuinorum operum, rerum argumenta sacrarum
 Mulciber à prima Labyrinthum fronte notarat
 Callibus implicitum cæcis, atq. orbibus orbis
 Impediens alios cursus, aliosq. recursus
 Fecerat, incertis iter irremeabile testis,
 Dexterâ pro portis vestigia cæca regebat.
 Nec procul hinc tumidi latè maris ibat imago,
 Et volucris pelagi sulcabat cerula puppis:
 At ductor liquido Delphinus in æquore tutum
 Maturabat iter, iam vela sequacia nauis
 Tranquillo statuit portu, atq. in litore sistit,
 Parte alia sub Sole nouo per florea latè
 Prata vagantur apes, & cerea tella relinquunt:
 Hac florum populatur opes, prædamq. sub alis
 Portat ouans, hæc ore auido per stumen aquatur;
 Quæq. suum conuectat onus, labor omnibus intus
 Hyblæos stipare fauos, & condere mella.
 Hinc Borromææ stabant insignia gentis
 In medio, Tyriusq. vmbrauerat arma galeus.
 Hic defessa solo procerus membra Camelus
 Strauerat, & celo tollebat lactea colla.
 Cernere erat medijs non eluctabile frenum
 Stematibus, fuluisq. ardescere cingula bullis.
 Nec minus audaci surgebat ad æthera cornu
 Monoceros, Solemq. erecta fronte petebat.
 Aspiceres superas gressum glomerare per aras,
 Et Solis radijs in festo incurrere cornu
 Christiadum virtus in partes scribitur ambas.
 Quattuor hinc etiam, atq. illinc capita ardua celo
 Pyramides tollunt, atq. ora sonantia toto

Mar-

*Marmore dependent, leuibusq. tremencia ventis
Tinnitu complent auras, atq. æthera mulcent,
Inferius rerum non enarrabilis ordo.
Ergo defixo perlustrans singula visu
Diuinum miratur opus, iamq. auribus haurit
Ponentes dubia, & iuuenum responsa suorum.*

G E N E T H L I A C O N .



*O X. que sopitis indulgens otia curis,
Rotiferisq. inuecta rotis, inuecta secundo
Sidere felicem sic promittentibus astris
Donasti terris animam; quo nobilis ortu*

*Supra Arnun, supra ire tumet pater Abdua Tybrinis:
Adsis ò memor infantis, nataliaq. astra
Curriculo tecum reuehas, te certa quotannis
Noctem sacra manent, que prima lucis honorem
Largiris puero, semperq. nouabitur almae
Noctis honos, vbi sese in terga reuoluerit annus.
Nunc tibi lacte nouo festas perfundimus aras,
Et nigram maculam ouem, lustraliaq. exta
Spargimus, ac multo fecunda papauera somno.
Hucq. ades ò Genius, cui cessit cura tueri
Nascentis capus, & tenerum seruare nepotem:
Natalem dignare larem, dignare recentem
Complexu solari animam, non imbuet aram
Sanguinea cernice pecus, tibi nulla litabit
Vicitima, nec direpta focis donabimus exta.
Serta tibi florum legimus, tibiserta dicamus*

Myrtea,

Myrtea, spumantemq. meri libanus honorem.
 Tingere labra omnes Læneo munere certans,
 Munere Læneo genialem tingere terram,
 Insomnemq. iuuat cantu producere noctem.
 Tu quoq. nascenti puero Lucina benignas
 Indulge festina manus, inq. aeris oras
 Solue laborantem materno carcere prolem,
 Optatum molire diem: procul ecce sonoro
 Erumpunt Helicone Deę, properataq. plenis
 Dona ferunt calathis: hæ mixta crepundia vernis
 Floribus, hæ sectas lauro e Parnasside cunnas,
 Vagituq. nouo resonantia limina pulsant.
 Ast alię varia certatim fronde coronant
 Vestibulum, positis & inumbrant limina ramis.
 Errantes spargunt hederas, mixtosq. corymbos,
 Et picturatum consternunt vere cubile.
 At Dea Calliope Insubridum permixta corona,
 Dissimulata Deam totis complexibus ambit
 Vescentem cęlo, primo auras ore trahentem,
 Compositumq. manu geniali carmine mulcet
 Inuitans tenues mota ad cunabula somnos.

Hoc erat, hoc formose puer, quod nuper Apollo
 Præmonuit: tibi nere colo felicia fata
 Parcarumq. manus, reuolutaq. pensa sororum.
 Hoc etiam Insubrię Cylleni numen amicum
 Innuit, & placido riserunt sidera vultu.
 Ipsa tibi tellus partu lætata recenti
 Purpureum ver spirat hians, tibi terra ministras
 Pubentes hederasq. cervicis premia doctę.
 Aggere nascentium rident cunabula florum.
 Ipse tibi glaciale hiemem Sol depulit imas

Sub

Sub terras, caelumq. aethera luce reclusit.
 Insolito circum perfudit lumine terras,
 Insolito circum perfudit lumine pontum.
 Noxius insanis stridoribus exsulat Eurus,
 Exsulat & Boreas: hiemali tempore tantum
 Regnat ouans Zephyrus, tantum genitalibus auris
 Exerit os, caeloq. volat vernantibus alis.

At simul incipies tremulis insistere plantis,
 Incipies etiam nostras ardore sorores
 Pallidas spirans artus tum pectus Apollo
 Imbuet amne sacro, sacrumq. admittet in antrum.
 Tum puer Aonia multus spatia beret silua
 Perlustrans doctos aditus, Helicæa canorum.
 Alter eris qui decurras nascens bella
 Maonides, nascentur & altera membra Troia,
 Alteriusq. nix tardæ narkabis Flyssi
 Ingens eloquio, Musarum laudibus ingens,
 Altera erit seges Heroum, bellataq. bella,
 Quæ raptus Helena, quæ lentam enoluere Troiam
 Inuitent, memores & Achillis principis iras,
 Tantus in attonitum Deus incidet ore cruentum
 Aequalis Martem, venturaq. bella tonabis,
 Non alias sese tantum iactauerit vnquam
 Italia, Italia tollet se gloria caelo.
 Nec verò Insubrum regalem promocet vrbes
 Mantua, nec maior quondam natalia propter
 Mæonidæ Graios inter discordia creuit.
 At ubi maturis animus responderit annis,
 Non ullis dulcem poteris deponere curam
 Illecebris, verum ipse dapum, verum ipse quietis
 Immemor Aonio renocabis verice Musas.

*Insu-
brum resonans stupefacta per oppida carmen .
Carmen ab annorum quod non abolebitur iclu .
Nimirum Deus , ille Deus miscebitur intus
Nil intus mortale agitans , totusq. per artus
Numen eat , toto sinuetur pectore numen .
Ore Deo-similem , nil & mortale sonantem
Stipabunt iuuenes , intentisq. auribus omnes
Intenti excipient vocem , tibi tempora lauro
Præcingent , meritisq. dabunt tibi thuris honores .
Fortunate puer , veniet seu forte cupido
Insanos vrbis strepitus , & ferrea iura
Diffugere , & solis agitare in montibus æuum .
Te posito terrore foræ , te sponte sequetur
Esclusus , & socijs incumbens populus vndis ,
Populus , & carum vitis complexa maritum .
Montano pariter descendunt vertice pinus ,
Contemnent & oves dumis errare , vel herbas
Carpere , contemnent attingere fluminis vndam .
Audiet Eridanus taurina fronte canentem ,
Audiet & Tyberis , diuinum carmen amabit
Arnus , & auritæ cupient ediscere quercus .
Fortunate puer , veniet seu forte cupido
Umbrarumq. domos adeundi , & regna necentum :
Occurrens det turba locum , discedat inane
Vulgus , & vltices Dirę sumentibus hidris
Certabunt cantus haurire , & parcere penis ;
Viperei crines , & sibila colla quiescent .
Non ferrugineis fugiet circumflua campis
Stryx oblita viam , non impia regna sonabunt
Verboribus sanis , non luctu immugiet Orcus .
Regia quin etiam Ditis stupefacta silesceat*

Vnius

Vnius ora tuens , vultuq. hærebit in vno .
 Non te letifero recubans in limine custos
 Exululabit hians , nec sæuiet ore trilingui .
 Latratum compescet enim , caudamq. remulcens
 Vatem agnoscet herum , gressusq. allambet heriles .
 Hæc Dea Colliope formosaq. brachia collo
 Inferit , aureolo delibat & oscula vultu ,
 Oscula congeminat puero , dehinc afflat honestis
 Purpureum fulgorem oculis , vultusq. decoros
 Diuinam inspirans mentem , diuinaq. verba .

I N C A R M E N

Flaminij Plati Cardinalis .

Horte fatigatum curis , Mæsisq. litantem ,
 Lustrantemq. auido diuinam Aeneida visa
 Magnanimus me spõro sua Federicus , vt vna
 Thesaurum mires Plati admirabile domum ,
 Imperat acciri , neq. enim exitiabilis auri
 Infandam illuuiem , nec avara gaudia mentis
 Hausimus , aut gemmas diuerso ex æquore lectas .
 Ab miseri , quos sacra fames instigat , & vrget
 Nosse metalliferis quentum vomat India fossis ,
 Quas Ganges despumet opes , quantum eruat auri
 Diuibus ex algis pelagi scrutator Eoi .
 At nos purpurei mirati carmina vatis ,
 Carmina Erythraeis pretio certantia gemmis ,
 Ducatura diu , tristem euasura fauillam .
 Mille quibus species verborum , mille figuræ ,

Atque indepreſas plebeis vatibus artes
 Edidici, verum viſus cognoscere in illis
 Mantoiden, verum viſus cognoscere Phœbum.
 Non ſic eualeant ſuperi natalia Regis
 Artiſces ſignare manus, ſpirantia quamuis
 Aera laboraret priſcus Myro, marmora quamuis
 Praxiteles vigilata diu, deſectaq. docto
 Pollice donaret meliori viuere celo,
 Aut ceris animare ſuis ſudaret Apelles.
 Nuſquam maior bonos, vates nec tanta per oranes
 Maieſtas. Deus, ipſe Deus ſe Plate videndum
 Obtulit, ipſe tibi manifeſto numine præſens
 Hoc diſſauit opus, tota ſe luce retexit
 Plurimus, inſuetoque aſſauit numine pectus.
 Et cum facta canas, tamen exclamare neceſſe eſt,
 (Qui mentem aduertat) Deus hoc includitur antro,
 Hic iacet, ex alto iuret descendere celo
 Aligerum turmas, ſeſeque audire cauentes,
 Paſtorumque videre manus hortamine Diuum
 Numen adorantes, & agreſtia dona ferentes,
 Præterea exclamet, deducti hoc ſidere longia
 Fimbis Aethiopum, nunc ſacra allabitur antro,
 Hic ſtetit, en reges procumbunt ante parentem,
 Ante pedes pueri, nec lumina feſſa legendo
 Exſaturare queat, nec amato abſiſtere verſu.
 Hæc etiam ſecum, dulces hiſce auribus hauſi
 Cæleſtum voces, conſpectum Virginis hauſi,
 Paſtorumque greges, proſtrataque corpora regum.
 Parte alia, qua ſemineis vlulatiſſimis vrbes
 Multa gemunt, qua tela ſurunt, qua ſanguine tellus
 Irrubuit, qua turba cadit puberrima ferro;

Lector ad hæc trepidus subsistat, & arrigat aures
 Deceptus strepitu armorum, gemituq. cadentium:
 Territus expectet morientum ex ore suprema
 Murmura, denitet salientes undique rores
 Sanguineos, pedibusq. tremat calcare cruorem,
 Det lacrimas matrum lacrimis: sic funere multo
 Funestatur opus, sic illatabile carmen.
 Sensit & Herodes alias hoc carmine penas
 Impius, & sero damnauit crimina fletu.
 Sed me raptat amor, rapit insatiata voluptas
 Spectandi studio, translucet vt aureus ales
 Nocte super media, numenq. profusus amicum.
 Festinare senem, diroq. excedere regno
 Imperat; ille autem trepida formidine cautus
 Dulce caput pueri defert per tuta viarum.
 Dant siluæ, dant saxa locum, pueroq. superbit
 Aegyptus, seniorq. metu respirat ab omni.
 Quid duros referam casus, quid acerba malorum?
 Queis hominum genus, & mortalis sanguinis unum
 Esse doces, pariterq. Deum, non si mea Phebus
 Pectora sollicitet, centumq. erumpere voces
 Eualeam, tanti virtutes carminis equem.
 Tale nec impulsor nemorum, domitorq. ferarum
 Orpheus, aut patrijs natus limphatus ab antris,
 Nec tu Phebe tuo potuisses ludere plectro.
 Hoc fortunatus Macedum regnator amaret
 Curarum socium, solamen dulce laborum,
 Versaretq. manu, positus cum prenderet armis
 Iliadem, atque animos in crastina bella pararet:
 Qui postquam insomnis primum traxisset in ortum
 Sidera supposito caput adclinabat Homero.

38 BENEDICTI SOCIACI

Hos numeros auro inclusos, gemmaq. locatos
 Occasus secum comites portasset, & ortus,
 Siue triumphatis ad Baetra nouissima Persis
 Iret, & edomitos bello penetraret ad Indos,
 Siue per Oceanum trans & Garamantas, & Afros
 Vaderet Herculeas avidus cognoscere metas.
 His pro carminibus cuperet diadema pacisci
 Rex Siculus, qui diues opum narratur opimis
 Messibus Archimeli tenuem ditasse Thaliam.
 His & Pelleus mutaret sceptrum tyrannus.
 Ille tuos cantus pretijs immanibus emit
 Cherile, dum caneres pugnas, bellataq. bella
 Graingenum, & versos in terga fugacia Persas.
 Hac etiam optasset maiore Antonius auro,
 Cum versus Opiane tuos donauerit aureis
 Ponderibus, numerumq. aequarit versibus ipsis.
 Macte nouis Princeps Studijs, decus addite Romae,
 Quem mea nascentem gremio gauisa recepit
 Insubria, & lato motu testata futurum
 Terrarum dominum, regnatoremq. sacrorum:
 Sic precor Iliacam superes, Pyliamq. senectam
 Assiduus Musis, vatum non immemor vnquam,
 Et tecum videas Romana senescere templa.
 Audior. en leuenum manifesto murmure calum.
 Intonuit, varijsq. exultant motibus ara.

A R G V S .



V I tua latratu venaticus ostia custos
 Personat, arrectusq. canis pro sedibus aetas
 Commissos seruans aditus, fugitne virentem
 Menalon, & spreto lusit Latoida Cyntho
 Improbus? ac tandem pulchra ceruice minores
 Indignante manus vltro mutauit habenas?
 Sic reor, hunc primis iam tum nutriuit ab annis
 Sedula, & artificio desudans vngue comantes
 Effinxit Diana iubas, lateq. solutos
 Sponte laboranti vibrauit pollice villos.
 Scilicet hunc toties positus Distinna sagittis
 Circuit amplexu, centumq. pro oscula compsit.
 Mentiar intonsi quod lustra per ardua Cynthi
 Creuerit, & teneros manibus formauerit artus:
 Haut humilem certe ora docent; & frote superba,
 Incessuq. patet generosi sanguinis heres.
 Imbelles animos frons arguit. aspice porro
 Quas altis vires humeris, quæ colla minetur
 Ora feræ propior. tergo iacet vmbra comarum
 Propexis vtrinq. iubis. quæ gratia frontis,
 Quæ fuluis species oculis, qui gressus eunti?
 Stare loco nescit, trepidos quatit impetus armos;
 Luxuriatq. toris nodosum pectus, & altè
 Terribiles horrent maculoso corpore setæ.
 Nec minus erectam protendit ad æthera frontem
 Ostentans maculis internigrantibus albam.
 Cum verò emicuit valucris per compita saltu

C A

Inte

40 BENEDICTI SOCIACI

Integer annorum , cumq. ignescens iris
 Intumueret minas , non hunc clamore laceffunt
 Turba canum , non contra audent attollere frontem ,
 Ora metu compressa tenent , longeq. recedunt .
 Qualiter aligeræ volucres , ubi nota pererrant
 Littora , possessasq. tenent longo agmine terras :
 Si procul apparet , si fulvis aduena pennis
 Stridet avis , primum trepidant , & murmura ponunt ,
 Tum vero arripiunt frondentia recta , ruuntq.
 Qua fugata vocat , seseq. cubilibus abdunt .
 At si forte canes inimica in prælia crudis
 Dentibus incurruni , magnisq. assultibus instant
 Ilia tundentes , & concava tempora circum
 Ingeminant morsus : cum Belgicus aspicitur Dux
 Ecce minas posuere , canum rapida ora quierunt .
 Qualis ubi ignotas regnator taurus in oras
 Pulsus abit , si læta ferox in pascua tendit ,
 Diffugiunt armenta procul , trepidantq. superbos
 Obliquantem oculos , tum bella minacia linquunt
 Infecta , ac summis pecudes vix cornibus extant .
 Hunc Batavas acuisse tubas , hunc sequana multo
 Arua gradu lustrasse ferunt , qua Mosæ quieto
 Gurgite , qua Rhenus violentis voluitur undis
 Narratur volucres nemorosa per auiæ ceruas ,
 Et procul emissum cursu præuerrere telum .
 Quinetiam in valles prærupto è vertice rupis
 Deuolet , & certo transmittat flumina saltu :
 Nec minus insanum torrentis in vsque fragorem
 Iret , & ignore se se committeret undæ
 Vsque adeo non ille minas , non horret hiatus
 Riparum , riuoq. fremuentia saxa tumultu .

Ille


Ille etiam eductas aurata ad sidera rupes
 Feruidus , aeruq. super fastigia montis
 Emicet , & nullo vestigia puluere signet .
 Nam simulac cursu spaciosum corripit aquor ,
 Et subito vorat arua gradu , vix campus euntem
 Sentit , & incertas agnoscit ponere plantas .
 Non bello sic tela volant , non lintea ponto .
 Non fluuij sic monte ruunt , non fulgura celo .
 Illi etiam celeres fumosa ad retia ceruos
 Cogere ludus erit , turbamq. agitare ferarum .
 O quoties egit pulchro sudore madentem
 Venator , quoties tentare silentia siluæ
 Iussit ouans , strictosq. gelu decurrere fluctus .
 Sed quid ego indomita virtutis conscia narrem
 Aua siluarum , atque horrentes murmure salus ?
 Nunquam ille imbelles loca per campestria lynces
 Sectari , aut timidos morsu discerpere damas
 Dignatus , sed fulmineos è rupibus apros
 Deturbare procul , cecasq. impune latebras
 Nescius impasti fremitum trepidare leonis
 Horrendosq. sues , aut sicubi setiger vsus
 Accubet . & catulos ad feta cubilia seruet .
 Tum verò amplexu venientem dente cruento
 Sustulit , & merito dominus dedit oscula rostro .
 Haut talem Tyrijs aspexit Iulus in aruis ,
 Maslylo dum pulcher equo , & venabula quassans
 Troia fatigaret doctales Sidonis agros
 Venator , cecasq. fuga trepida agmina capras
 Attonito premeret nodosa ad retia cursu .
 Nunquam etiam talem venatu exercuit acer
 Hippolitus , dum Cecropij iuga frondea montis

Fram

Frangeret ab solo nemorum correptus amore,
 Latratuq. canum rupes impleret aucto.
 Tu quoq. non tanto percussus turbine Martis
 Deuia Cyllenes, & desolata dedisses
 Menabij dumeta iugi, Tegeesq. recessus.
 Aut immature turbasses funere matrem
 Parthenopæ, sed aerij te lustra Lycæi
 Suasissent miseræ belli dimittere curas,
 Nec tristes lituos, funestaq. prælia amasses,
 Si talem genitrix materno aluisset in antro
 Prædonem nemorum, vastatoremq. ferarum.
 Hoc duce non fuluis puerum Iouis armiger alis
 Tolleret, & superas raptum vectaret ad auras.
 Ilicet arrepto surgens in nubila cursu
 Pendentem, & mæstum linguentem Gaugara præpes
 Arriperet, pedibusq. arreptum auelleret vncis.
 Nec vero Aëtæon lacerato funere culpæ
 Nescius hausisset pœnas, nec sæua canum vis
 (Proh scelus incautum, proh lamentabilis error)
 Immeritos nudis lacerasset dentibus artus.
 Ah potius lacrimis dominum spectasset obortis
 Submittens caput, & vultu tentasset antelo
 Lambere signa pedum, blandaq. alludere cauda.
 Questibus impleisset valles, & questibus agros,
 Questibus impleisset montes Aëtæona mæstus
 Necquicquam ingeminans, flectent Aëtæona rupes,
 Aëtæon querulis tantum resonasset in antris.
 Talis inaccessu recubet si Cerberus Orco,
 Non impacato pallentia regna silentium
 Gutture, nec miseræ latratu terreat umbras.
 Exsilians cuncti lethæa ad flumina manes,

Ipse etiam Eumcnides compeſcant ora ſorores
 Sibila, & Elyſios certent inſternere flores .
 O quoties teneris talem Proſerpina palmis
 Mulceret, furuæq. affigeret oſcala fronti .
 Tanta per ingentes maietas eminent armos,
 Sic dulces oculi, ſic caſtigata tremiſcunt
 Ilia plauſa manu, & totum iuba pectus obumbrat
 Diſcolor, & fuſci ludunt circumundiq. villi .
 Nulla tavis rabies, ſed quo non mitior alter
 Prouocet æſtium metuendi ſideris annum,
 Nec qui tam placidis latratibus arua laceſſat .
 Fortunata animi, ne te plaga lucida Olympi,
 Ne, precor, inuitet noſtris decedere terris,
 Ne properes alto ſidus ſuccedere calo:
 Quamuis aſtra vocent, quamuis ſe colligat arctus
 Limite, & immenſi cedat tibi Sirius æqua
 Parte poli, inceſſus hic indefeſſus heriles,
 Et dominos comitare gradus, nec ſidera cures .

AD MARCVM VELSERVM.


 Quis dædaleas humeris accommodet alas,
 Indocilesq. pedes ferri per inane, per auras
 Adiuuet auxilio pennarū, vt præpete curſu
 Eualeam vaſto mæme committere calo,
 Optatosq. venere locos, vbi peſtore docto
 Me Velſere bees, animæ pars maxima noſtra .
 Heu quam diuerſo ſemoti auellimur ambo
 Terrarum traſtu, quanta internalla locorum
 Conſpectu prohibens? ab vos abſcindite clauſtra

Aery

*Aerij montes, quibus insedere potentes
 Vindelici, vos in nostras descendite terras,
 Et veterem mutate situm, confinia nostris.
 Iungite, & Insubriae Velsorum immittite regnis,
 Vindelicis mixtos Insubres, vtraque tellus
 Vna sit, atque Lyco fraternas Abdua ripas
 Misceat, & socij cognato flumine currant.
 Audior. Insubriae succusso corpore tellus
 Intremuit dum multa queror, commota querelis
 Vellere se, veteremq. situm mutare videtur.
 Et tamen optatis fraudor complexibus, heu quae
 Somnia fingit amor, qua ludit imagine mentem?
 Cum dulci caream conspectu, & dissita tellus
 Diuidat amplexas, cum mutua verba negentur.
 O quoties oculorum aciem conuertere ad oras
 Arcticas iuuat, & Borealia sidera visu
 Dulce sequi, quamuis spatioso tramite celi
 Caligent oculi, vincantur & aere longo.
 Oppositos quoties immani corpore montes
 Aduersos humeros, laterumq. apponere molem
 Indolui, carasq. oculis auertere terras.
 Quin etiam studio tete Velsere tuendi
 Mente pererratos compellor discere mundos,
 Quos manus exiguu pictoris claudere gyro
 Ausa fuit, pictasq. animare coloribus vrbes.
 Scilicet in noctem longos producere Soles
 In tabula iuuat, & multa de nocte morari.
 Inter tot populos, inter tot regna, tot vrbes
 Tu solus Velsere lates, nec te mihi saltem
 Ingratae referant tabulae, nec pictor inumbras.
 Scilicet à pictis soleo te pascere caris*

Demens, nec mutas membra pulsare tabellas
 Agnosco miser, & frustra responsa requiro.
 Sed merui questus, quid enim prorumpere cursu
 Non potui, atque avidos ad te contendere gressus?
 Quamuis extremo Scythiæ, sub Sate maneres
 Aut Gangem biberes, quamuis te Syrtis haberet
 Littoribus cæcis, & hiems æterna Gelonum.
 Proximus hæerem lateri, propiusq. tuerer
 Ut te Vindelici proceres, vix ambiat omni
 Amne Lycus, densaq. potens Augusta Senatu:
 Ut ponas leges populis, culpaq. serena
 Fronte domes, nec tranquillos vis ignea vultus
 Asperet, aut oculis videntes turbes honores:
 Non auri malesana fames, non gratia stellas
 Ignaros animos, & veseta pectora lucri
 Ut tu tartareas pestes detuleris Orco
 Luxumq., fraudesq., & maculosum carcere ceco
 Clauseris omne nefas, veteres reuocaueris artes,
 Et niveos mores inueneris: ut tibi crebros
 Ingeminent plausus ciues, collesq. remittant.
 Forsan & hæc audax æquarem facta canendo.
 Sic & Scipiada memorabat fortia bella
 Ennius, in medios seu formidabilis hostes
 Vaderet, & stricto meteret trepida agmina ferro;
 Siue triumphata gemina Chartagine victor
 Captiuos traheret celsa ad Capitolia Reges.
 Cur nos degeneres adeo disiungimur, & non
 Per fora, perq. damos lateri agglomeramur euntis?
 Hæcine segnities nobis? sed pectore fido
 Prosequar, & votis, animisq. sequacibus adsim;
 Intexam memores numeros, & versibus absens

Allo-

*Alloquar absentem, tua te miranda videndum
Scripta dabunt, nos hac pascemus imagine mentem.*


A D I O. B A P T I S T A M Stroziam.

Mmemor *Aeacides* studijs clarescere duri
Martis, & exutus meliorem corpore sexum:
Calatum pugnis clypeum simul acer *Vlysses*.
Extulit, atq. oculos strinxit lux im. pba ferri:
Erubuit tam turpe nefas, & rupit amictus
Femineos, vires animo rediere, calorq.
Martius, ac subitis ingens apparuit armis.
Ast ego, qui *Tusci* laudabile carmen *Homeri*
Deterior vates oculis mirantibus hausi,
Attonitus qua luce fruor? quas pectore flammam
Concipio? quantoq. afflari numine visus?
Orphea credidimus tacita bibore aure canentem
Valibus Elysij, aut nos gustare *Deorum*
Immortale melos. sed quid fragmenta mouemus?
Tu melior cantu, tu *Phæbo* doctior omni
Stroziades, te Rege super immane sonantem
Vidimus, atq. oculis perlegimus hinc superbos
Austriadae thelamos, & felices hymenaeos.
Quos mihi nunc animos, quam tardo in carmina vati
Ingentes addis stimulos? quos hausimus ignes?
Sic leo montanis quando exarmatus in antris
Nec dentes acuit, cauda nec verberat armos
Oblitus proprij decoris, si cominus audie
Maternos fremitus, sese rugibus armat acutis

SUR

*Surgentesq. toros, & colla comantia iactat.
 Parua loquor, segnem stimulis maioribus vrges.
 Talibus & Musas animis bonus implet Apollo
 Inspirans se in corda Deum, seseq. relinquens,
 Dum cithara Phitona canit, dum praelia Phlegrae.
 Fortunata senex, Romani gloria plectri,
 Hetruscæq. lyræ fidicen, me pectore toto
 Accipias, socioq. admittas agmine vatum.
 O quantum poterit decoris, famæq. parari,
 Vnanimis si nos coniungant federe Musæ.
 Horrentes qua damnat hiems aeterna Gelonos,
 Assiduis possessa dies qua solibus ardet
 Ibimus auspicijs communibus, ibimus ambo
 Docta per ora virum; nos littora cuncta loquentur,
 Et gens siqua iacet terris ignota repostis.*

A D G A L L V M .


*Te rudes numeri celfos transmittite montes,
 Ite dabit tutos proles Cyllenia calles,
 Monstrabitq. viam, fors et Deus ipse tabellas
 Porriget, et manibus vos comendabit amicis.
 O lux Gallorum, patriæ decus addite terræ,
 Fama ingens, seu te doctis clamosa lycei
 Porticus exercet spacijs, & scripta legentem
 Cecropidum veteres ciuem mirantur Athenæ,
 Doctrinaq. onerantem animum, seu vertice surgens
 Te bisido Parnassus habet, passimq. canendo
 Saxa trabis, rigidasq. audito carmine quercus;
 Sen iuuat eloquio doctas regnare per arces.*

Romæ

Romuleo , nam te gemina facundia lingua
 Finxit , & vberibus largis nutriuit alumnus :
 Ne tennes quæso . ne dedignare Camænas .
 Non damus iniussi (nec tanta audacia nobis)
 Carmina , sed primo voluit præmittere amanti ,
 Excussitq. meo carmen de pectore Phœbus .
 Nuper enim silua Parnasside pulsus Apollo
 Insucriam celerabat iter , tectumq. subibat
 Tectum , augustum , immane , ingens , habitabile Musis
 Dignum celicolis , hoc Borromeius heros
 Aequauit celo , & donis celestibus auxit .
 Ut vero Olgiatum , qui docta volumina passim
 Cogeret , inq. tuos conspectus irer . & ora
 Moliri prospexit iter , cursumq. parare :
 Tum me Latoides solantem carnare vitam ,
 Et vaga captantem ventosæ murmura famæ
 Respiciens , sed enim FEDERICO membra , genasq.
 Purpureosq. humeros similis , vocemq. sonoram ,
 Talibus increpuit dictis . tu pectus amicam
 Latoidi sine carminibus , sine munere nostro
 Immemor heu nimium famæ patieris adiri ?
 Hic vir hic est , cuius doctrina Gallica tellus
 Prouocat Italiam , et felici prole superbit :
 Quo non tantùm alius Rhodanus letatus alumno
 Intumuit , patriasq. lauans iactantior vrbes
 Perfremit , atq. audeat Tyberi contendere fama .
 Illius & nomen rigidi trans claustra Geloni
 Vltima , trans Gades possessa cubilia . Soli
 Porrigitur late , nigrisq. increbuit Indis .
 Huius enim libri iam nunc , & scripta terruntur
 Assiduæ manibus , quæ non iniuria lædet .

Anno-

Annorum, non imber edax, non inuidus Auster
 Destruet, at turre potius moricatur, & vrbes.
 Et cunctaris adhuc diuinum ad iungere pectus,
 Nec te fama mouet capiti innotescere tanto?
 Arripe nunc resides calamos, & carmen amicum
 Olgiato committe tuo, nec parua menebunt
 Premia, prob quanta felix donabere fama?
 Tu tantum numeros propera, sic fatua Apollo
 Profuit, se seq. Deum confessus aperto
 Numine, quaq. nouo signauit nubila gyro
 Illuxere pedes, & tela dedere sonorem.

ARCES PALATINAE.

Vnde Aganippe quondam vocalia montis
 Flumina? Cecropiasq; Insubriam collibus vna
 bras
 Credimus? & patria doctas irrepere laurus?

Anne Palatinas nunquam caelestibus arces
 Increuisse choris? & nunquam Helicone canoro
 Demigrasse Deas, patriosq; intrasse pentates?

Dic, age, dic Erato nemoris Regina sonori,
 Cui rerum senium, & famam defendere cura:
 Tu caliganti sublatis nubibus vltro
 Expedias quinam ille virum, quinam ille Deorum
 Laudibus exhaustas olim spoliavit Athenas
 Victor, & Insubriam doctos auexerit Argos.

Aurea progenies Mantus, spes altera Romae

D

Liqueras

56. BENEDICTI SOCIACI

Liquerat antiqua gentilia flumina Minci,
 Finitimaeque sagax animi successerat urbi
 Virgilius, vix puber adhuc, vix integer aui,
 Quo facies Natura omnes, et semina rerum
 Caeca pererrato posset cognoscere caelo,
 Perque Palatinas Musis adolesceret arces.

Iam per sideribus florentia regna, viaque
 Ibat inaspectas, et tecta imperuia vulgo.
 Nouerat aethereos quis voluat spiritus ignas,
 Quo glomeret Sol orbe dies, qua caeca polo nox
 Textitur, an mundum spirabilis ambiat aether
 Aere pendentem medio, num sidera terra
 Concilient vires, cum factu plena grauescit,
 Nouerat unde animi fluuius, qua pabula ventis,
 Unde polus nimbis immugiat, unde coactus
 Iuppiter, et stridens insibilet aethere fulmen;
 Novat ut aestiuis fecundas noctibus aura
 Desuper afflat aquas, et hiulcis roscidus humor
 Suggestitur campis; qua vi maria alta tumescunt,
 Quis trepidas vrbes fragor excutit, unde remugit
 Sub pedibus tellus, cur Sol emissus Eoo
 Cardine, et Oceani dant sera cubilia Gades.
 Sed magis Aoniae Graiae auertere Musas
 Ignescunt animi, sedet alto pectore toruo
 Maoniden aequare sono, penitusque superbus
 Vrit honos, vrunt fastosae corda Mycaena,
 Tantus amor patriae, sic toto in pectore Roma est.

Ergo aderat promissa dies, qua denique proles
 Incluta Palladio spectabilis iret in nostro,
 Heroum cuneis, et Pieridum comitatu

Septa,

Septa, laborantiq; Deas abduceret Argo.
 Rumor in vrbe volat, socias perlabitur vrbes
 Finitimisq; it fama iuigs, procul vsque Comenses,
 Aroniosq; super saltus, Baccheiaq; rura.
 Scilicet Argiuas Insubrium Regia terras
 Vertice despectas, felices protis Athenas
 Prouocat, & dignis inuitat Pallada templis.
 Ipse manu genitor Parnassia culmina Phœbus
 Impulit, impulsq; fugam de culmine suasit.
 Ipsa puniceis læta Parnasides antris
 Exiliunt vltro; sic corda exercita luxu,
 Degeneresq; odere animos, lapsosq; nepotes.
 Si tamen vlla fugæ superans solatia, siquid
 Dulce loqui, & dulces lachrimis perfundere terras.
 Ah misera extremum lustratis montibus errant;
 Oscula danti filius, nemus amplexantur amatum,
 Osculaq; ingeminant, supremaq; verba relinquunt.
 Tum vero ingrato tingentes limina fletu
 Decurrere iugis; saltus, dilecta;q; Tempe
 Deseruere: domos linquunt post terga gementes;
 Ignotos passim montes, ignota salutant
 Flumina, lassato fugientia culmina visu
 Respiciunt, patriosq; vident agrescere montes,
 Plorantesq; nouo laurus arefcere casu.
 Iam Thisbe exululat, iam Phocidos ingemit amnis,
 Et pignus lacrimant e vertice Cyrrheo.
 O patria, o Phebi loca conscia, & antra Dearum
 Quenam reliquia, quid tanto e nomine restat?
 Heu heu culminibus Musarum barbarus hostis
 Insultat, nec spes Argis venit vlla sepultis.
 Vix e Momonio noua lux albescere celo

52. BENEDICTI SOCIA CI

Ceperat, & gravidus nebulis rarefcere mundus :
 Nec iam prima dies nebulosum strauerat æquor
 Sole novo, nec iam cæcæ caligine terras
 Strinxerat, aut montes radijs afflauerat aleos .

Ecce Brianteo descendant vertice Fauni
 Semideumq; genus; iam iam nemoralia linquit
 Otia cæna Pales; & coniferam Cipariffon
 Iactat, Hamadriadumq; ruit Siluanus ab antris
 Siluarum pecorumq; potens; ite cominus vna
 Pax Deus armorum, montanæq; arbiter vmbra,
 It Saryrum glomerata manus; pinusq; coruscant.
 Omnibus intexti flores, caput omnibus halas;
 Omnibus innexa ludunt per tempora bæcæ .

Clamosum non ira forum, non iura fatigant
 Ferrea, prostantes habuerunt otia merces
 Et pacem labor omnis habet. vacua arua quiescunt
 Iugeribus suspensa nouis, hic colla iuuentis
 Liberas, hic plaustrum lasso tempore supinat,
 Agricolaq; omnes respirant pectore toto.
 Sic plaustris non stridet iter, nec flumina duris
 Sollicitant contis, sed ponunt brachia nauæ .

Iamq; Palatina feruens concursibus arces,
 Iam studio effusi proceres, & sedibus aureis
 Consedere, alij testis solennibus instant.
 Cernerè erat cæso spirantes marmore circum
 Heroum facies, verosq; laceffere credas
 Aera viros, adeo viuunt in marmore vultus,
 Vitalesq; trahunt, si credas nutibus, auras
 Primus arundine vibratum in vulnere siluæ
 Terrigenam Phitona premit, gressuq; supra stat
 Delius, at læua fremit arcus, & aspera telis

Tergæ

Terga suos Corymbos habet : tum calcat Homerus
 Proxima, magniloquio vatum pater intonat ore
 Sanguineas resonans Argina per oppida pugnas.
 Mirantur proceres quamvis in marmore, ut olim
 Laudibus increvit, utq; indelebile nomen
 Durat adhuc cineri, nulloq; evanuit auro
 Vatis honos, cum saxa tamen moriantur, & vrbes.
 Nec procul Euridicen iterato funere coniux
 Respicit in tenues ut mæsta evanuit umbras,
 Respicit, & vino miser ab pallefcit in ære,
 Ab miser, & cantu nequicquam excusserat atras
 Eumenidum lacrimas, & Parcas pensa novantes.
 Parte alia videas tyriam properantia saxa
 Ad chelin, & duras animari carmine cautes :
 Scilicet Amphion scopulos ad mænia cantu
 Inuitat, tum sponte ruunt, & iussa faceffunt.
 Nec procul Albunea lucos, præfagaq; Fauni
 Antra petunt Itala diuerso ex ordine gentes :
 Ille truces Parcas, & agresti carmine Diuos
 Indigenis, priscoq; sonat non irrita Phæbo.
 Postremus Lybicas acies, atq; arma Quiritum
 Ennius æquabat cantu, tum frondis honorem
 Sperabat capiti, sed Graij romula ridens
 Carmina, dum Tybris Romano vate superbis.
 Et iam letitia passim, lætoq; tumultu
 Testa fremunt, & ubiq; sonant Pæanes, ubiq;
 Serta coronatis balant vernantia valuis.
 Liminaq; obtendunt siluis, & floribus argens,
 Vere nouo spargunt sedes: pars ordine certans
 Virgilius memarare suum, pars voce recensens
 Res atatum, repetimq; suos ab origine Subres.

54: BENEDICTI SOCIACI

*Hi Ligurum excisum, belloq; attrita Ticini
 Cornua, & impositi patientia flumina pontis .
 Hi colles gravidos Baccho, & Cerealia laudans
 Iugera camporum Lybicis certantia glebis .
 Hostiles hi Marte Lacus, varijsq; cruentos
 Cedibus, & Lari spumantes sanguine ripas .
 Hic canit ut ruptis patriam Verbanus ad urbem
 Gurgitibus veniat, victorq; irrumpat ad alta
 Mœnia lanigera suis indignante Ticino .
 Nam ne sceptriferas Verbanus ingeret arces,
 Inter se bellasse fuerunt: furit amnis, & hosti
 Insultat fluvio, tumidasq; effusus in iras
 Aestuât, & victor magno ruit agmine montes,
 Frangit agros, dant arua locum; tunc invidus amnis
 Cessit, adhuc cornu generosum flumen ouanti
 Oppositos montes, vastosq; irrumpere campos
 Infremit, & dominos allambit gurgite muros .*

*Interea festa vates insignis in aula
 Incedit, procerumq; manus hinc inde coronat
 Effultum solio: circumstant vndiq; , & illum
 Laudibus accumulans, meritos gratantur honores .
 Ille pares simul insinuat per mutua grates,
 Palladioq; procul spectabilis emicat ostro .
 Vestis erat gravior argente, saturataq; multa
 Grandine gemmarum, quam textile circum aurum
 Mæandro triplici, mediaq; intextus Arion
 Aequoreo superat spumosum Nereæ monstro .
 Cernere erat longe, stans compescere ventos
 Parcentes pelago, longeq; absistere nimbos
 Fluctibus, & placidis cœli clementius annis
 Nam cantu mitescit hiems, mansuescit & aquor*

Pat.

Paulatim oblitum furias, iuuat arua tueri
 Spumea, & obsequio placidos sternentia fluctus.
 Mutescunt scopuli, & uarij delphines in orbem
 Marmora diffundunt caudis, pelagoq; resurgunt
 Argento intexti: veros canescere fluctus
 Sub pedibus, veros scopulos assurgere credas.
 Et iam Sidonia circumdatum Ariona palla
 Squammigerum vulgus sequitur, caroq; superbit
 Pondere delphinum melior, cursuq; per undas
 Spumat, & ingenti discriminat aequora gyro.
 Parte alia trepidant nauae, periuraq; ponto
 Vela tument; totam iures à sedibus imis
 Ire Pharon, fractumq; salo decurrere montem.

Eccè manna scelera attrectant, auroq; potiti.
 Remigys instant, vix prædam pinus auara
 Auehit, incursant vario cum transira tumultu,
 Et mortem cupiunt sceleris pro parte pacisci.

Nam perhibent Italis dum fimbis iret Arion
 Tenaria studio citharæ, vocisq; canoræ,
 Et dum concordés arguto carmine ueruos
 Tractares digitis, & doctum carmen hiaret;
 Propter aquas egisse diés, aut forte sub alta
 Ilice, quæ grata soles defenderet umbra.
 (Et si vera fides,) vocalia fila mouenti
 Perflantes siluere Noti, siluæq; comantes
 Curuarunt capita, & frondentia brachia ramos:
 Iurasses audisse melos ita, fronde quieta
 Astabant nemora, & nemorum conuexa silebant;
 Quin etiam duras mulxerunt carmina cantes
 Duritiem exutas: visiq; alludere montes
 Discentes animos, & nescia marmora sensus.

567 BENEDICTI SOCIACI

Ipsa etiam pecudes, ipsumque volatile vulgus
 Inuidere sonos, & circumfusa tenebant
 Corpora plaudentes alis, cantusque cientes:
 Blanditi fontes, oblitaque flumina cursus
 Aduentante viro: natio murice risit.
 Orbita, certatim flos est comitatus euntem.
 Hinc studio effusæ gentes, ipsæque puella
 Matribus immixtis vrbes, ac tecta domorum
 Deseruere, iuuat cupida bibere aure canentem,
 Vocalesque haurire fides, iuuat ora tueri.
 Qua fert cumque pedes, inducunt desuper umbras,
 Vere vias sternunt, picturatisque tapeis.
 Prorsus erat felix; patria ni captus amore
 Infaustum celerasset iter, pelagoque parasset
 Precipitare vias, Italaque excedere terra.
 At proceres Italum longi solatia cursus,
 (Materiem sed enim sceleris, cadisque futurum,)
 Signatum properant aurum, supantque carina
 Argentum proci sum, ingens, vestesque superbas.
 Tantus honos citharæ, tanta est ad carmina merces.
 Vix è conspectu Italiae spumantibus undis
 Vela dabant læti, & campos salis ære secabant.
 Cum rapit argenti nautas sitis, improbus auri
 Surgit amor, tacito rimantur crimina voto,
 Quisque affectat opes, & fraudes pectore versat:
 Nec caput innocuum, nec sanctum denique nomen
 Tangit, & vlttricis præsentia numina ponti.
 Heu cæci furij infectos cæcibus enses
 Suspendunt lateri, tacitoque inuadere ferro
 Cæco Marte parant, auidis in vulnere totum
 Designant oculis: hic fronti desinat ictus

Elic

Hic pulcro capiti, speq; ingens deuorat aurum .

*Præsciùs agnouit vates, & cauta malis mens
Sensit adesse dolos . gazas partitur, & auri
Sponte famem saturat . suspendunt præmia mortem,
Fitq; moræ pretium , sed enim insatiata canendo
Flectere corda parat : crinalem frondis honorem
Dat capiti, & fidibus componens ora , sonoris
Obloquitur numeris, (siluerunt æquora circum
Littoraq; & flantes immoto vertice siluæ)*

*Dij, quibus imperium pelagi, quibus ordine curæ
Humentes habitare domos, possessaq; ventis.
Æquora, & iratos amor est componere fluctus ,
Pandite molle fretum : placidosq; aduertite vultus
Mortali si regna patent, si nobile musco
Limen adire datur, satiataq; pumice tecta .
Vos o Lædei fratres, quibus vnda recumbit
Conspectis, positoq; solent certamine venti
Maturare fugam, vos toto excludite celo
Agmina ventorum, claudentesq; æthera nubes .
Namque vbi cæruleis statio gratissima Nymphis ,
Si me optata manent glaucarum tecta sororum ,
Semideos omnes, atq; humida regna tenentes,
Et magnum Pæana canam; cum nempe Deum Rex
Accubat Oceani mensis, & nectare vestro
Proluitur, festoq; sonant caua littora plausu .
Hic magnum Tritona sequar, dum cærulea rauco
Mugitu excurrit, dum personat æquora concha
Os humerosq; Deo similis; sed territat vndas
Squammea terga mouens , & cauda verberat aquor .
Hinc quoq; Leucothoen, dum temperat aquoris iras
Nimborumq; potens hiemes à nubibus arces :*

*Vt puer equalis Baccho super alta Palemon
Peruolet, & faciem pelagi roseo ore serenet
Discutiens ventos, quassatasq; adiuet alnos .*

*Te quoq; te Protheu memorem spumosa sub antro
Corpora sternentem, cum stagna loquacia, & vnde
Torrentes cum Sole tacent, & hiantibus aruis
Stat vapor, aut multo fumant Hiperione valles .
Quin etiam egressas spumanti è gurgite dicam
Phocas, & optata fessas recubare sub alga
Littoris, & salsas renouentes naribus vndas .*

*Nec minus horribiles renouantem Protea formas ,
Vt toruo fremit ore leo, sauitq; comantes
Excutiens ceruice imbas, vt voluitur antro
Squammeus, & laterum sinuosos asperat orbes .
Vt nunc aerij montis velut ardua Pinus
Attollit caput, & frondoso vertice nutat .
In tenues, vt rursus aquas, vtq; igne crepanti
Fit vapor, & tardi vomit atra volumina sumi .*

*Ergo agite o Nymphæ vestri miserescite vatis .
Sin mutas pulsamus aquas, & surda profundi
Aequora si donant hæc nubibus irrita venti :
Tu pater vndarum, qui sæua tricuspide tollis
Aequora, spumantesq; potens cuoluis habenas
Quadrjugo curru ; tu formidabile regnum
In nauim molire manu? super ora trementum
Frangantur fluctus; vos saxa incurrite proæ .
Omnia non venti rapiunt, non irrita vatum
Vota cadunt: sic Scylla suis infesta cavernis
Infamet Siculas monstris latrantibus vndas ,
Periuranti voret ipsa ratem, nantesq; marinis
Diserpat canibus: simul implacata Carybdis*

Aestuet

*Aestuet infestans nautis mare, & agmen, & autum
 Sorbeat, abreptas eructet in aethera gazas
 Dentibus infrendens, & gutture deuoret alnum .
 Et si inimica cohors tantas deflexerit iras
 Vos, quæ veliuolo currentes æquore naues
 Prospicitis summo scopuli de vertice, vos ð
 Syrenes, quorum insidijs, cantuq; nocenti
 Sopitæ tacuere rates, remiq; fluentes
 E manibus, & vela cadunt nutantia somno ;
 Excipite infandos, imoq; inuoluite ponto
 Quæ sanies per saxa iacet, quæ deniq; campi
 Spirantes vabo, ac inhumatis ossibus albent .
 Ossibus hic iaceant nudis, proiectaq; passim
 Corpora, & informes infami in littore trunci .*

*Audijt orantem genitor Neptunus, & alto
 Intonuît pelago, concussa turbine Syrtis
 Increpuere, deditq; minacia murmura pontus .*

*Ecce autem undosi per regna frementia Nerei
 (Attonitus refero) cursu delphines ouanti
 Exultant pelago, plausuq; ad Ariona tendunt .
 Quorum pectoribus fulgescit squamma; iubæq;
 Cæruleæ surgunt humeris, argentea voluunt
 Corpora, & inscribunt sinuosa cærule cauda .
 Fluctibus albescit scissum mare, namq; feruntur
 Iam propius, spumamq; alternis naribus efflant .
 Olli multa metu pallentem, multa precantem
 Exponunt pelago, missumq; e puppe relinquunt .
 Præcipitat sibi quisq; moras, permittitur auris
 Carbafus, expediunt remos, & marmora verrunt .
 Nec iam respiciunt trepidi, nec pectore toto
 Respirant visu exangues . illi a quora cursu*

Sil.

*Sulcantes Heras petunt, nantiq; decoros
 Subiectant humeros, circumq; infraq; coacti
 Densantur, variuq; omnes lunantur in orbem.
 At ductor pecudum, qui terga micantia vati
 Prona dedit, per stagna viam canentia fundit
 Exsuperans pelago, & cernicibus eminent altis
 Arduus, extrema bladitur in oscula lingua.
 Sed quid ego tam long a legens vestigia rerum
 Molior ire retro? seriemq; exire per omnem?
 Nec sequor, vt celeri Delphinus Ariona dorso
 Auehat, & tandem spumantibus efferat undis
 Perfunctum pelago, fuluaq; exponat in alga,
 Et letum patriæ discussa cede remittat.*

*Talia Palladio vates circumdatus ostro
 Argumenta gerit, tales appingere formas
 Artifices potuere manus, quæ cuncta legebant
 Intentis oculis, & læti ad tecta redibant.*

*At simul ac varijs perfuncti laudibus omnes
 Concessere domos, ad festa Palatia. Pithe
 Deuenit insignis facie, gressuq; decoro.
 It tergo demissa chlamis, fremit ense minaci
 Læua minax, at dextra manus mitescit oliua.
 Illa freta premat ventos, bacchataq; frenet
 Nubila, & insanas pelagi demulceat iras:
 Illa etiam iussos insano corpore montes
 Transferat, & verso sistat naga flumina curfus:
 Illius auditæ quercus accedere voci
 Præcelerent, ornosq; trahant è rupe sequaces.
 Hinc subit argutos septemplex ætheris orbis
 Ausus adire dolo, diuinaq; dona sagaci
 Attentare manus, sed iam sua furta Prometheus*

Oderat

Oderat, usq; adeo pœnis exhausta, nec artus
 Integer ibat adhuc, & hiabat vulnere pectus.
 Tum vero cithara, cantusq; insignis Apollo
 Ingreditur; vacuas sedes, & inhospita quondam
 Limina confessu Musarum nobile complet
 Concilium, positæ placuerunt omnibus aræ,
 Inq; Palatinis pubes exercita templis.
 Illic non tristi latrabant agmine Cura
 Degeneres, non usquam animos, non corda Voluptas
 Mascula frangebat, non lata inglorius alno
 Torpor, & obscurit. Insa nia discolor alis.
 Vestibulum ante ipsum dociles inuitat ephēbos
 Gloria, dehinc Laudes fastigia nota frequentant
 Egregiæ visu facies; penetrabilia Virtus
 Interiora tenet, posuitq; cubilia passim
 Virtutis germana Quies, quæ facta Labores
 Parturit, hi mentes acunt, & limine toto
 Apparent, sternuntq; nomæ cunabula famæ.
 Ergo alacres choreis, & multifono modulatu
 Indulgent Musæ, & tectum concentibus implent.
 Atq; ubi Virgilij conspectum ex ordine ternis
 Lustrauerē choris, terno plausere choreas
 Agmine ceperunt tali proludere cantu.

O decus Italia, quem pubescentibus annis
 Ingenium Græcis, cantusq; æquavit Homero,
 Quemq; Palatinæ viderunt cominus arces
 Scrutantem rerum causas, animoq; prementem
 Mortales casus, & ineluctabile fatum:
 Iam tua lux terris, virtus successit Olympo.
 Cedite Graiugensæ Romano cedite vati.
 Tunc ades Insubrium columen? tu maximus ille es?

Quem

Quem super Argiūm tellus arcessere vatum
 Oratumq; decus, fletuq; gemiscit amaro
 Irrisos sine laude viros, sine honore nepotes
 Bis lingua exutos, bis ad altum cedere Tybrim
 E desolato Parnassi vertice laurus.

Cedite Graiūgenae victrici cedite Romae.

Non adeo tellus sese iactauerit vquam
 Ismara, Bislonio quamuis famulantiā vati
 Spectarit nemora, & stupefactos carmine montes.
 Nec quae Meonidem Graios impingere Troiae
 Cœdibus arstantem Zantum, & Simoenta cruentum
 Audijt, atq; Itachum pœnas traxisse per omnes.
 Cedite Graiūgenae Romano cedite vati.

Nec minus Insubrum primi tibi templū dicabunt
 Aurea, Castalijs fumabunt ignibus arae,
 Quas nemus amplectens vmbrijs prætexes opacis,
 Certatimq; ruent vates trieteride multa
 Instaurare dies, doctusq; capeffere frondes,
 Et tibi pinigero melior cubet vmbra Licet.
 Cedite Graiūgenae victrici cedite Romae.

Ilicet Aonidam pūgnas, cantusq; sonoros
 Magnanimum statuent vatum, figentq; superbis
 Victores sua dona tholis; hic læta iuuentus
 Carminibus assueta tuas pubescet ad aras,
 Primitiasq; operum, & primi libamina cantus
 Prima ferent Itali non indignantibus Argis.
 Cedite Graiūgenae Romano cedite vati

Tunc sibi plaudentes choreas hoc culmine in ipso
 Teuceraget, tolletq; tuas ad sidera laudes
 Carminibus patrijs, & rete ostendet Iacchus
 Agminibus iuuenum longe tua signa sequentum.

Te canet ore Cares, & æq; ipsa ad limina pubem
 Sistet & insubria certum iurabere numen.
 Cedite Graiugena vitrici cedite Romæ.

Quæ te promissis fraudabit laudibus ætas?
 Parcheas adolebit opes, adolebit honores,
 Præcingetq; tuis flauentia tempora vittis
 Augustinus ouans; cunctiq; ad templa ferentur
 Insubres, quas ille virum dominabitur aures
 Voce potens? ut fando animos implebit hiantes?
 Cedite Graiugena Romano cedite vati.

Felix vrbs Italum? claros cum nomine ciues
 Ire Tibrim supra, ferriq; ad sidera cernes?
 Nam caput ad superas tum Maioragius oras
 Eriget, & patrijs vt lux appareat oris;
 Ille frequens dictis, non luce inglorius ulla
 Orabit; longo tum suspiratus ab æuo
 Instruet Insubrium teneros Cicereius annos.
 Cedite Graiugena Vitrici cedite Romæ

Tu decus Italiæ, Latia spes altera linguæ
 Orantum Puteane adytus, arasq; repostas
 Ingredieris, doctumq; tenes non aduena templum.
 Tempus erit cum te meritis uentura propago
 Laudibus accummulet, ciuemq; optauerit auro,
 Si modo posset emi uitæ natalis origo.
 Cedite Graiugena Romano cedite vati.

Hæc choros Aoniidum uenturi præscius aut
 Voluebat, dum Phœbe tuos Insubribus oris
 Indulges uultus, & nomina nostra frequentas.
 Scilicet egressæ patrijs Parnasides antris
 Lustrabant Italos felici numine fines:
 Dij Patrij Indigetes, studijsq; exercita Palles

Ipsa

Ipsa suas artes, & pulchre laudis amorem
 Inspirabat auis, magnasq; in carmina mentes.
 At nos indecores terimus sine nomine Soles
 (Proh pudor?) & laudum steriles traducimus annos.
 Non studia attollunt oculos, non ullus honestus
 Mordetur curis: ululant per deuia Muse
 Attonita, errantes; nequicquam limina pulsant
 Hospita, nequicquam Latio succedere tentant.
 Feruet amor scelerum, variæq; ex ordine pestes
 Incubuerunt animis: famam sperare sepulcro
 Non amor est, nullus fugientibus vitæ annis.
 Quenam hominum labe inimicas in sua mentes
 Funera? siluestresq; animos, moresq; feniâstros
 Intulit? amplexi tenebras, vitamq; silentem
 Fæda in nocte iacent: quis honesto nomine nudam
 Non agitat vitam? mutumq; inglorius ævum?
 Usque ad æonem inimica dies? & triste parumper
 Lucem animi, mentemq; sequi? non deniq; noxæ
 Sobria corda placent? stant ceca silentia leti.
 Omnibus, & fæda prætexunt busta tenebræ.
 Hi scelus infandum cineri, patriq; relinquunt
 Infames: alijs placuit violentia ferri:
 Ecce (nefas dictu) scelerata in vulnere fratres
 Cæco Marte ruunt. quis cæli dignior ira?
 Hi pulcros odere dies, vitamq; nocentem
 Amplexi occumbunt, scelerum caligine pleni,
 Culpatoq; suum contristant funere bustum.
 Obsessi furijs, inhonora morte sepulti.
 Sors habet hæc miseros; placuit scelerasse per omnes
 Vitam ignominias, & corda innoxia luxu,
 Infonte q; odere manus. vnde iste per orbem

Cremis

Crevit amor? quando melior se exscitet atas?
 Luxuriat epula, nunc irritatus odoro
 Vngvine proflatur Bacchus, mensæq; nonantur.
 Nec satis est pleno quamquam Ceres aurea cornu
 Spargit opes, & vitifero sub palmite vastus
 Vestiuit colles, atque ebria rura Lieus.
 Nec pudor est ludo passim per tecta, viasq;
 Instaurare diem, atq; insomnes ducere noctes,
 Non aurum violare cibis, non denique gemmas
 Infamare mero; cunctis sua tristis Erymnis
 Regnat, & infesta funestat nube penates.
 Ecce alij parto non vniquam stare quieti
 Suspirant, quæ prima dies, quid nubibus Eurus
 Cogitet, & rubro denunciât ethero Vesper
 Nimbipotens, pluuione irrorent aëre noctes.
 At non talis erat quondam prior ætate
 Sanguis auum, nemorum tractus, & iugera amabat
 Sollicitare manu, nos vero ignobile vulgus
 Ingenio scrutamur opes, hinc crimina, & ira
 Hinc metus, insidiæq; & cuncta semina culpa
 Quis furor arcana rimari viscera terra
 Impulit? aut ferri massas, aurumq; repostum?
 Et querimur terra furias, & fulmina aëris
 Indignata manus, coniuantesq; probellas?
 Ante quiescebat pacatis nubibus aether,
 Et somno torpebat hiems, ventiq; frementes
 Nec mugire polus, nec feruere nubila celo
 Audebat. viso tellus at inhorruit auro,
 Immissiq; suas hiemes, hinc horridus Austro
 Ingruit, & dira crudescit grandine calum
 Felix, qui Musis animam cum miibus efflat,

*Si non funereo tellus obfessa laboras
 Marmore, conspiransq; nepos in funera gazis
 Aggestis inibat, defossiumq; eruit aurum :
 At saxum castos cineres, at nobile tellus
 Fumus habet, fama; alios clarescit in annos :
 Scilicet hic nullo scelerauit sanguine dextram
 Innocuus, nullo temeravit crimine corpus ;
 Sed simul ac dulcem primæ a lucis amorem
 Haussit, ut egregios virtutis pabula mores
 Corripit, utq; animi maturos induit annos ?
 Doctrinaq; onerat pectus ? tum limina vaturn
 Discendi studio lustrat, mentemq; capacem
 Permulcet virtus, seseq; in corde relinquit .
 Non illi trepidæ noctes, somnusq; minatur
 Consciis audacis facti, non mentibus horror
 Subrepat: sed pulcher amor, sed lata fatigat
 Gloria, venturaq; fremunt sub pectore laudes .
 Per faciem spirat pietas, & frontis honorem
 Adiuuat, atque animi florent maiore sereno .
 Interea magna cum maiestate senectus
 Divum imperfectum præfert, stat conscia laudum
 Cavities, stant ore sacra vestigia lucis .
 Concilio iuvenum feruet domus, vndiq; septus
 Agminibus causas profert, illi aurea dicta
 Depascunt, pendentq; omnes dicentis ab ore .
 Atq; alij vita parcunt, famamq; perosi
 Effudere dies, & proicere caduci
 Illaudatam animam; quam vellent aspera dictu
 Ferre, vel ingenium varias sudasse per artes
 Mors prohibet miseris, mors caligantibus alis
 Obsidet, & montis tenet obsita busta tenebris .*

E P I T H A L A M I O N .



*IX. Amor aduersa mandat pericula mixto
 Segnior, & fessum ramis suspenderat
 arcum;*

Inter & herbarum natina cubilia, flores

*Inter acidalios grata recubarat in vmbra
 Idaliæ frondentis; vbi Narcissus opacis
 Pubescit solijs; vbi suaue aspirat odoris
 Citria silua comis, & amica insibilat aura
 Dumq; soporifero stipatus veris honore
 Procubat, intursant flabris spirantibus Austri,
 Tela ruunt, ignemq; vda in tellure relinquunt.
 Hic Veneris puer e gremio telluris opaca
 Corripit explicitum super alto gramine corpus
 Impiger, atq; abigit languentibus otia pennis
 Aspera bella ciens, & sese exsuscitat ira.
 Nec mora, nec requies inimica in vulnere senos
 Expedijt nervos, & inanem cuspide multa
 Armavit pharetram; tum fulminis acrior alis
 Euolat, atq; Italis saluum dare destinat aruis.
 Qualis vbi impastus Iouis aliger ambijt oras
 Littoreas, multumq; maris lustravit ab alto;
 Horrendum cadit, atq; imam scrutatur arenam
 Vorticibus super incumbens, quoad vngue cruento
 Exsaturata fames, & crassum sanguine rostrum.
 Talis Amor rapido circumuolat aquora cursu,
 Nec castis parcit viribus hominumq;, Deumq;
 Immemor, & nimium seuit caelestibus aruis*

E 2 Jam

68. BENEDICTI SOCIACI

Iam Ligurum tractus superauerat, atq. cęlo
 Culmina, & immensum tranauerat Apenninum,
 Iam patris Eridani campos, iam læta Tiberi
 Pascua, & Insubrum flauentia culta subibas;
 Cum tandem optatam cursu penetravit ad urbem
 Lanigere suis, & celsas superastitit arces.
 Agnoscit latos aditus per aperta viarum
 Aequora, & immani munitos aggere muros.
 Pars vastos nouat anfractus, & firmat hiantium
 Murorum latera, hi naualem fluminis alueum
 Effodiunt, alij submittuunt pontibus undas,
 Pars cęcas aperit fauces, aditusq. malignos.
 Ante inconcussas prisca Iouis excubat arces.
 Hispanorum acies, & propugnacula seruat.
 At medium assurgit cuneato vertice templum,
 Templum augustum, ingens. stat late educta niuali
 Marmore compago laterum, sola strata teruntur
 Marmore, marmoreis incumbunt lecta columnis.
 It cęlo sublimis apex, latus undiq. templi
 Spirantes vultus, simulacraq. viua soronant.
 Excisas alij cantes, operosaq. saxa
 Projiciunt fundo, atq. immanes ordine quadros.
 Aerię moles fortunatęq. columna
 Arte laborantur, fabrum manus undiq. sudat.
 Haud procul Attalicos imitantia limina Reges
 Apparent, profugis gratissima limina Musis.
 Funibus attractos lapides, auęctaq. siluis
 Robora subuoluunt, & saxa immania latis
 Parietibus solidant, cęloq. attollere certant.
 Mirantur secum indigenę, mirantur & Alpes
 Vicina, & celsam tremuerunt sidera molem.
 Pegmata

Pægmata formantur testis decora alta futuris,
 Librorumq. seges pluteis stipatur acernis.
 Vrbs magnos effert animos, vrbs emula Romæ
 Plena virum, grauida imperijs, & facta superbis
 Ingenijs, quam spumanti lauat Abdua cornu,
 Quam pater irriguo Verbanus gurgite lambit.
 At Cytereus Amor cælo speculatus ab alto
 Quæ facibus dura ossa coquat, quem sauciet igni
 Intentis oculis designat pectus Erici
 Ignarum Veneris, & flamma nescia corda.
 Ilicet alipotens frondoso in vertice laurus
 Occursu stetit aduersæ, quæ plurima iuxta
 Creuerat, agnoscit rami, notumq. tremiscit
 Laurus amata Deum non vnquam oblita furores,
 Cum miserum multo Phæbum consumeret arcu.
 Illum inter rerum seriem, veterumq. labores
 Moliri videt annales, & condere fastos
 Insubrum, longeq. alijs pallefcere curis
 Fidentem famæ, vitamq. impune trahentem
 Vberibus studijs. Stetit acri concitus ira,
 Inde caput quassans Deus hæc è pectore fudit.
 Scilicet hic thalamum impatiens, dulcesq. hymenæos
 Effugiet, nobisq. ferox illudet inultis?
 Connubium, & Veneris curas ridebit inanes
 Insubrides Nymphas, Iunonia sacra perosus?
 Perdiderit uer ætatis, nostrum oderit ignem?
 Musarum solis mentem sacrauerit aris?
 Non ita. sed multo potius cum vulnere penas
 Hauriam, & hæc artus vibrabo tela sub imos.
 En etiam instantem carnis, & vana mouentem
 Aspicio, nec figo intus penetrabile vultus,

70 BENEDICTI SOCIACI

*Nec tela expedio, residesq; in bella sagittas?
 Segnis ego, immeritusq; coli. quid inutile ferrum
 Iactamus, mutumq; manu (pudet heu pudet) arcum
 Ne quietquam gerimus? si nos impune lacessit
 Nobilior sexus, vitesq; irridet inanes.*

*Ast in fœmineam ferrum non debile turbam
 Spargimus, & multum nostra de cuspide vulnus:
 Vine mea tantum muliebria corda tepefcent?
 Celicolas domui flammis, Erebiq; Tyrannum,
 Quæ contra mores ignavia tanta? si tusne
 Irrisos arcus hebetabit, & arma resundet?
 Tu modo tu nostri vim vulneris ossibus imis
 Percipe, cui nuper terra cælumq; fretumq;
 Sedibus intremuere suis, qui deniq; contra
 Ire Iouem, & manibus possum diuellerè fulmen.
 Dixeras, & validum connixus corpore telum
 Contorsit, bibit ille animis exterritus ignem.
 Iam flagrat thalamos animis, tedasq; iugales;
 Incusq; moras, & non tolerabile vulnus.*

*Insubrides inter Virgo pulcherrima Nymphas
 Puberibus curarum expers adoleuerat annis
 Non effeta toris, non immatura cubili.
 Hæc cum secreto tenerum lare degeret æuam
 Permetuens fama, nullos ambire penates,
 Non spectacula læta, nec æquales comitatus.
 Non tamen oris honos, non lux diuina genarum
 Non dulces oculi multum latuere, nec æquo
 Fert Amor hoc animo, sed in alio pectore Erici
 Occultum inspirans ignem, tacitoq; calores
 Purpuream resexit faciem, vultusq; discoros.
 Illa quidem dum nocturnum festina laborem*

Lanicij

Lanicij proferat, dum serica fila sonanti
 Deuoluit radio, aut calathis molita Mineruam
 Sudat, & arguto percurrit pectine telas
 Tali femineas solatur murmure voces.

Non amor est vllis mentem submittere tædis,
 Nec cordi mihi dexter himen, nec pronuba Iuno.
 Vnius heu pudeat vinclis, flammisq; teneri
 Semiuri Phrygis, & telis succumbere Amoris.
 Heu nimium mulier talia quæ tela tremiscit.
 Sed procul o nostris plantas puer auebe terris.
 Non hic Tyndaride, non hic Medea nocenti
 Cæde manus scelerat, non tundit Scylla parentem.
 Insubrum stirpem, præduræq; semina gentis,
 Non Cadmeia vides. vix noctas ætheris auræ
 Exercet sub nocte labor, nec cura recentes
 Attenuare manus, durosq; obducere callos,
 Dum gustamus adhuc primæ pabula vitæ,
 Luctamurq; solo tremulis insistere plantis.
 Oïa lanicio terimus, nunc arte superbas
 Vrgemus vestes, nunc docto pollice lanas
 Ducimus, & sacris velamina debita templis.
 Hæc etenim teretes manus indefessa fatigat
 Semper acus, Phrygiæ pulsabant timpana matres.
 Nos Itali neq; enim Italides non vertice mitram
 Induimus, tyrsosq; manu iactauimus vnquam.
 Hinc Idea procul Cybeles, & nocte silenti
 Thyades insani furiantes orgia Bacchi.
 Sed quid ego vltèrius te pergam incessere distis?
 Nec tibi casta parens, certus nec sanguinis antor
 Mulciber, at turpi peperit te Cypria nixu
 Allicitis aflueta toris, vetinisq; hymenæis.

E 4 Talia

Talia voluentem secum, passimq. canentem
 Non tulit Arctitenens: telum fatale sonanti
 Depromsit pharetra, & contento substitit arcu
 Vociferans . nunc arma meę fidissima dextrę,
 Imperijs assueta meis nunc tempus agit rem .
 Vos penes armorum rabies, Mauortis & ire,
 Vos Stygię tremit aula Iouis; date rumpere pectus,
 Duraq. me penitus sequere per ossa, per artus
 Virginis insana, & miscere sub ossibus ignes
 Aeternos . volat ira Dei, atq. in pectore toto
 Conditur, vltimiq. infixit vulnere lauum .
 Sensit adesse Deum, totoq. Cupidine adaptam
 Intra se flagrare facem, mentemq. animumq.
 Horret, & vrentes conata extinguere flammam
 Nequicquam trepidat, vibratur ab ossibus imis
 Et roseis it flamma genis, rubor occupat ora
 Plurimus, & niueum confundit frontis honorem .
 Sic vbi per Rhodopen Laphitharum cęde natantes
 Luxuriant epulae, corrumpit lactea sanguis
 Pocula: sic niueum suffuso Sidonis ostro
 Tingit ebur: sic argentum discriminat auro
 Artificis manus, & tralucet discolor aura .
 Letitia fremit, & breuiter responsa Cupido
 Ingerit . i. tumidis i. nunc illudere dictis
 Dulce puta, & nostrum fas esse laceffere numen .
 Sic paribus flagrant animis: heu nescia virgo
 Quę miseri sub corde furens incendia furta
 Verset amor, quę cura voret, quę flamma medullas .
 Ille quidem tacitum seruans sub pectore vulnus
 Fluctuat huc, illuc, versatq. per omnia mentem
 Qui tandem occurrant aditus, quę mollia fandi

Tempora, nequicquam facilem suspirat amorem,
 Nil medicæ iuvere manus, nil herba medendo
 Pgonia, ægrescit magis intractabile vulnus:
 Paulatim ver ætatis, flos ille iuuentæ
 Vanescit, gracilesq. artus, pallentiaq. ora
 Deformat furor, atq. insomni corpore curæ.
 Illum Alpes miserari, illum celer Abdua cursu,
 Illum omnes Nymphæ Insubrides, & crine reciso
 Ducere certatim tacto suspiria voto.

At puer Idalius patriam mestissimus Aetnam
 Ibat, & Ausonij relegerat littora ponti.
 Vrit enim virgò, & penitus iactata recursans
 Iurgia, quæ fœdas genitori exponere causas
 Urgebant agrum lacrimis, & multa gementem.
 Stat spelunca ingens siculæ radicibus Aetnæ.
 Vulcani statio, centum irrequieta caminis
 Aestuât, & piceis horrescunt saxa cauernis,
 Et ferruginei postes . a sedibus imis
 Aereus auditur fragor, & pulsata sonoro
 Antra gemunt ferro, regemunt stridentibus antra
 Stricturis, dum fulmineos incudibus ictus
 Ingeminant Cyclopes, & æra crepantia tundunt
 Alterni, properuntq. micantia Pallados arma.
 Hic puer aggreditur Vulcanum talia fando.

O sator ignipotens, nisi sum mentita propago,
 Nec genitrix natum fraudauit nomine tanto,
 Non animum noua fama, tuas non vulnerat aureas
 An tibi dum recoquis lethalia fulmina maior
 Cura, nec occurrit capitis iniuria nostri.
 Femina quæ clausis assueta penatibus omnes
 Aspersione procos arceat, cui plena superbus

Virginitas

Virginitas effert animos, genitalia iura
 Fallere me, fictumq. tuo de sanguine dixit;
 Nec vero erubuit maternos crimine multo
 Infamare soros. num nos à stirpe paterna
 Degeneres sumus, & patrium mentimur amorem?
 En age quo stabulant strati Cyclopes in antro
 Occular, & cæco damnatus carcere noctem
 Perpetiar, non indecorem me terra videbit
 Amplius: his, oro, memè detrude tenebris,
 Ne labem immeritam. lacrimas non pertulit ultra
 Ignipotens, ferrum manibus dimisit, & agrum
 Applicuit natum gremio, dictisq. gementem
 Mulsit ab humenti decerpens oscula vultu.

Es mea progenies, atq. indubitata propago,
 Mitte precor, lacrimas. quis enim iactabitur vnquam
 Dignior, aut nostro melior de semine sanguis?
 Sed caliganti noctem tolerare sub antro
 Quis furor est, dulcesq. dies damnare tenebris?
 Ah potius flamma non obluſtante quiescet
 Aetna, & fumiferis non desudabo caminis.
 Non ideo tibi tale decus, pharetramq. superbam
 Indulsi, vt positis sedeas inglorius armis.
 Te thalami, te mille nurus, nocturnaq. bella
 Te deceant, tibi præcipites mentemq. animumq.
 Deuouent iuuenes, non segnibus vttere flammis.
 Haud impune tamen te virgo incesſere dictis
 Eualuit, mentem inflectet, stat nempè ingali
 Fixa dies thalamo, sedis penetrabilia nostræ
 Testor, & Elisy caput illetabile fontis:
 His oculis, his vidi oculis mirabile fatum
 Parcarumq. manus, vidi iurare sorores.

Coniugia

Coniugia, & pulcro deuoluere secula penso
 Hæc manet, hæc longis coniux promittitur annis,
 Nec mens vlla tuos animis æque hauriet ignes.

Quem etiam res Insubria calauimus auro
 Et varijs ancile notis, operumq. figuris
 Struximus, ut virgo facili conubia vultu
 Annuat, ambobus nectat sua vincula Iuno.

Præcipue miris animantur in ære figuris
 Magnanini Insuores seriesq. antiqua parentum.
 Hic mecum generis tanti potes incrementum
 Perlegere his oculis, & rerum discere famam.

Talia fatus erat cum læti cardine verso
 Limina tectorum subeunt, vbi fulgurat armis
 Porticus, & pictis laqueare ancilibus ardet.
 Digna Deo statio. diuersa in parte coruscant
 Fulmina belligeri Martis: fastigia currus
 Ferrei insignabant impostaq. curribus arma.
 Tum genitor clipei calatas edocet artes,
 Argumentum ingens, non encarrabile dictis.

Principio Tusci condebant diruta bello
 Mœnia, & insanis surgebant molibus arces.
 Hi latos aperire aditus, hi tecta domorum
 Ordine moliri celoq; educere sedes.
 Proxima Teucorum nostris efferuere campis
 Agmina, & vndanti committere sanguine pugnas
 Ardet ager circum, glomerato pulvere tellus
 Aestuat, & solem fulgoribus æra laceffunt.
 Hinc cædes exosi, & lamentabile bellum
 Exarmare latus properant gladijsq. cruentis
 Exuere iratas composito fœdere dextras:
 Tum vero unanimis facti concordibus armis

Committunt

Communes duplici munibant aggere muros.
 Aspiceres patrios aditus, Phrygibusq. superbas
 Hospitibus feruere domos, & in arma minaces
 Excusare manus, belli damnare furores,
 Dulcia coniugia, & dulces miscere hymēnos.
 Tum genus Insubrum commixto sanguine Teucrum
 Surgit, & Italia vastis aspirat habenis
 Magnanimiq; omnes affectant sceptrā nepotes.
 Nec mora finitimā frenari legibus vrbes,
 Et Ligures captiua iugo submittere colla.
 Inde Briantēos credas frondescere colles,
 Nobileq; Iliacis fabricari ad sidera Leucum
 Viribus, & nudo Barrum consurgere dorso.
 Nec procul hinc magno brachatos agmine Gallos
 Ingruere, & totis descendere sedibus Alpes;
 His vestes auro saturę propexaq. pendet
 Aurea cesaries, & collo flexilis auri
 Circulus, & spolijs carpenta premuntur opimis.
 Terribiles cristis volitant, capita alta ferentes,
 Arboreis siluis, & celsis turribus æqui.
 Diluuium Gallorum, vndantesq. vndiq. turmas
 Centauri similis, monstriq. tricorporis instar
 Bellouesus agit, miseris mortalibus infert
 Naufragia, & vastat spoliatas ciuibus arces.
 Haud mora pertæsum belli, stragisq. cruentæ.
 Instaurat rursus quassatam mēnibus urbem,
 Et senas aperit portas, euersa nouantur
 Atria, & à summo deiecta culmine sedes.
 Iam domibus optare locos, iam tecta videntur
 Partiri inter se, mediā cum ex vrbe repente
 Discolor afficitur niueis cum velleribus suis.

Protinus augurium læto clamore salutant,
 Et Mediolanum lætæ de nomine dicunt .
 Parte alia veniens Brennus vittricibus armis
 Fundarat sceptræ, & solio confederat aureo .
 Barbarici currus, cumulataq. fercula cristis,
 Et vidui ductantur equi : iuuat ordine longo
 Exuuijs ditare domos, prædaq. frequenti .
 Tum patria nomen moriturum imponitur. *Albæ*
Italus, Afer, Arabs surgentia sceptræ tremebat
Insubiæ, infractis seruibant cornibus amnes
Ausonijs, & placidus fluiijs famulantibus ibat.
Eridanus dominæ non indignatus habenas
Insuorum, & totis parebat Nereus undis .
 Parte alia seuæ Romanos cede premebat
 Insuber : hi toto pugnant corpore regni,
 Decolor hostili morientum strage rubebat
 Abdua, Romano stagnabant sanguine campi .
 Stant acies contra obnixæ, nunc Insuber hostes
 Pallantes agitat, nunc fractis occubat armis .
 Mors fruitur cælo, mors demetit ense laborem
 Parcarum, exigua manes vix portitor alno
 Auehit : vsque adeo deseuit in equore Mauors,
 Ingentesq. iacent Romanæ stragis acerui .
 Haud procul hinc tandem Marcellus iura subactis
 Condebat populis victor, rerumq. potitus
 Bissenos patriæ fasces, & Consulis vrbi
 Transtulit imperium, sellesq. insigne curulis,
 Vnde magistratus antiqui, & origo Senatus .
 Stabant vicinæ certantia compita Romæ,
 Et picturatis gemmanis balnea saxis .
 Præterea ingentem spacijs fumantibus arcum

Cir-

78 BENEDICTI SOCIACI

Circuitu longo victor lunarat, ubi ingenis
 Pugnarum series, bellataq. in ordine bella,
 Et crebrum varijs anfractibus amphitheatrum.
 Insubria miles Pompeiam à culmine Laudem
 Eruit; excidio prostratis vngula equorum
 Membris insultat, deiectas vngula moles
 Verberat, & cineres effractis dissipat vrnis
 Victor, & immixto calcatur puluere sanguis.
 Vt vera absumpta flammis victricibus arces
 Confedere, omnes vertuntq. abiguntq. ruuntq.
 Immodici, minor ille fragor, quo Troia resedit.
 Hinc patria immani certabat strage Comensem
 Expugnare urbem, fragilesq. euertere muros
 Vlti suos luctus, & funera dira suorum.
 Inde Ticinenses exercitus Insuper hostes
 Obsidione premit, quos victus durior vsus
 Vulneribus mutis, & morte absomit inulta.
 Olli supplicio docti noua fœdera poscunt,
 Et pacem redimunt multa mercede coacti.
 Ast infelici patria crudelis Erymnis
 Ingruit, & saeva Federicus perfurit ira.
 Armati ciues, quibus infremit Abdua ripis
 Spumeus, insistent, procuruaq. littora complent.
 Signa canunt, tumidis inhumatus barbarus vndis
 Voluitur, hos saevi violentia gurgitis haurit,
 Hos furor armorum, crudiq. insania Martis.
 Casorum scuta, & luctantia corpora letho
 Sorbuit vnda, supraq. natant, subterq. cadentura
 Membra, cruentatis fluiuis supant acruis.
 Ille tamen magnis oppugnat molibus urbem
 Eversurum arces militans, & tota daturus
 Ignibus

Ignibus. at patria custos Septalius ora
 Stabat pro portis, & mœnia celsa tenebat
 Spes vna armorum, & tanti fiducia belli.
 Barbarus armipotens septenos obsidet annos
 Casuras sedes, perituraq. mœnia Subrium.
 Proh dolor erigitur strages congesta, velut mons
 Pugnantum iuuenum, pro libertate cadentum.
 Proh dolor. hostili ferro prostrata tyrannus
 Fundamenta quatit, tantaq. à culmine summo
 Vertit opes, strident ignes, populata penates
 Vis inimica vorat, sœvit Vulcanus in auras
 Agmine flammaram, fumantiaq. arua relucet.
 Iam grauibus campos rastris pulsabat, vbi ingens
 Vrbs fuerat, curuoq. solum scindebat aratro.
 At caput indomitum recidiuis mœnibus urbem
 Erigere, atq. iterum nascentes surgere muros.
 Rursus inundabant hostes extrema minantes
 Mœnibus, & nondum saturati sanguine nostro.
 Tum seni proceres, patrio qui milite pugnent
 Delecti, & cæco Germanis Marte resistent.
 Acrior Insubris saeuas inuadere cædes
 Cernitur irarum stimulis, & clade recepta
 Efferus, irato confossus ab ense iacebat.
 Barbarus, inuisis fumabant stragibus agri.
 Tum Federicus abis caput execrabile mestis
 Matribus eripiens, & terga fugacia vertit.
 Interea festa victores vrbe vehuntur
 Induti spolijs, figuntq. inimica superbis
 Arma tholis, alijs cumulant altaria donis,
 Captiuosq. trahunt alta ad donaria currus.
 Mille dehinc facies, atq. ora horrenda Getarum

Addi-

Addiderat Regum, pugnasq. imprefferat auro
 Hic populata domos, animasq. epulata recentes
 Terrigena erigitur serpens, cui dira vorago
 Oris, & erranti membrorum pondere subter
 Arua attrita gemunt, & inulto funere ciues,
 Qua ruit, occumbunt, moriturq. ad sibilu vulgus.
 Obuius it contra bellator Vbertus, & hasta
 Transadigit squammas, ferrumq. in pectore toto
 Condidit: horrescas etiam vibrare trifulca
 Fulmina, sic tortos moriens circum asperat orbes.
 Haud procul ardebat semis Aliprandus ab armis
 Sepius, & arcebat patrijs à sinibus hostem.
 Ecce Gygas immane furens, atq. igneus Heros
 Concurrunt hastis, iam iam bibit hasta cruorens,
 Itala visceribus hærens. procumbit humi Rex
 Barbarus, & tellus perfossis sternitur armis.
 Desuper ex alto prospectant aggere ciues,
 It strepitus cælo, strepit omnis murmure campus.
 Cernere erat virides riparum fluminis Ollij
 Cede tepere toros, & fractos cladibus hostes
 Diffugere, vndanti pinguescunt sanguine campi.
 Diripiunt spolia Insabres, onerantq. superbum
 Carpentum, prædamq. humeris vittricibus aptant
 Vincla Cremonenses captiua in terga reuincunt.
 Has inter species belli ciuiliis imago
 Ibat, sanguineis spumabant compita riuis.
 Hinc genus anguigerum pugnas miscere oruentas
 Aspiceres, hinc armatam popularibus armis
 Surgere, & aduerso Turrim concurrere bello.
 Aspiceres cunctis orbasse nepotibus urbem
 Infandas cedes, & detestabile ferrum.

Thi-

S I L V A E.


Et iiphonemq. tuba pugnas discordibus iris
Suadentem, & sauas furiantem verberare mentes.
Militat inferius ternis legionibus Heros
Anguiger, & turres Solymorum territat armis :
Et iam fulmineo confoderat ense Volucem
Aspera iactantem, duro qui Marte peremptus
Corruerat, terramq. momorderat ore cruento.
Insuber exanimum corpus gelidi premit hostis
Victor, & cxuuias membris hostilibus aufert,
Terribilemque rapit galeam, qua lubricus anguis
Erigitur cristis, puerumque in guttura raptat
Semianimem. Insubres armorum insigne reportant.
Exin magnanimum series antiqua videtur
Sfortiadum, viuo facies animantur in auro.
Primus anbelantes infesto Marte premebat
Franciscus Venetos, & multo sanguine ferrum
Imbuerat patrijs arcens à finibus hostem.
Tum Iouis antiquas arces, & templa dicabat
Fundamenta locans. certatim opera ardua credas
Fabriles celerare manus, vastosq. molares
Subuectare humeris, variasq. attollere moles.
Te Deus addiderat pariter Ludouice sub imis
Turribus inclusum, & meritis stridere catenis
Fecerat, & dignas exsoluere carcere penas.
Hinc Gallos rerum dominos, gentemque comatam.
Sed subito ingreditur spolijs ingentibus urbem
Carolus, & populis aspirat amicior Austler.
Occurrunt passim proceres, & mixta iuuentus
Visendi studio: fremit omnis semita cursu,
Intendunt Ostrum, picturatosq; tapetas
Parietibus festis, & inumbrant strata viarum.

F

Ille

82 BENEDICTI SOCIACI

Ille suos curru populos prospectat ab aureo
 Insubribus septus, Hispanorumq; cateruis.
 Hinc Deus extrema clypei connubia in ora
 Pinxerat. Herculeo de sanguine creta Beatrix
 Ibat in amplexus Galeati optata mariti:
 Ter prensare manu tentauit lactea colla,
 Ter luctata quidos discussit Virgo lacertos.
 Sed iuuenis victor libare iterata videtur
 Oscula, virgineaq; sinus dissoluere zona.
 Ecce è Parthenopes caris deducitur oris,
 Sfortiacos Isabella thoros Aragonia pactum
 Coniugium trepidans, primosq; horrescit amorem.
 Vltimus in fuluo ducebat Ericius auro
 Attonitam casta formidine Magdalenam:
 Humentes lacrimis oculos & in aere videres,
 Perfusasq; rubore genas. sonat aula tumultu
 Femineo, trepidam matres cinxere corona
 Insubrides: tum virgineum lenire timorem,
 Conciliare faces, & soluere frena pudori.
 Talia lustrat ouans oculis, & imagine rerum
 Gaudet Amor, tum possessos ferrugine postes
 Deserit, & celeri liquidum secat ethera planta
 Insubriam remeans: notis successit Erici
 Sedibus, vmbonemq; alta suspendit in aula;
 Quo res Insubrum, Mediolanumq; triumphos
 Aeternè monstrante Deo, atq; ad sidera tollas.



BIBLIO-



BIBLIOTHECA AMBROSIANA.



*P*se tuo vati non illaudabile carmen
 Insubria tutela potens, pars maxima Divi
 Ambrosio qui nomen habes à flumine lin-
 gue (recessit
 Da Phœbo melior; neque enim de more

*A*onios pulsare iuvat, neque vana precari
 Numina Musarum. quis non in carmina doctum
 Aona sollicitas, Musasq. in vota fatigat?
 Talibus sufficiens, qua Borromæus Heros
 Constituit tibi templa, tuoq. è nomine dixit
 Attollam fama, & cantu meliore sacrabo.
 Iamq. mihi prima frondescere tempora lauru,
 Pubentesq; meos hederæ perrepere crines
 Incipiunt, ex quo præcordia nosser Apollo
 Insuper implevit, rerumq. arcana retextit.

Fortè novos traheret dum tempora noctis in ortus,
 Et doctas vigili Federicus pectore curas
 Volueret; è medio visus descendere celo
 Ambrosius patriæ custos fidiissimus urbis:
 Sponte domus patuere aditus, & cardine verso
 Exiluere fores, tectumq. immane refulsit.
 Continuo Divus dilecti Præsulis vltro
 Conspectum petit, atque avidis complectitur vltis
 Assusum solio, dictisq. affatur amicis.

E a Tune

Tunc aded contemptor opum? quem pectore largo
 Sumpibus insanis equasse palatia celo
 Abdua vicina tumefactus sede superbit,
 Et quas iactauit quondam, quas Roma nouauit
 Prouocat aerias moles; qui tanta dicasti
 Tempia imposta iugis, totq. ardua culmina Diuum,
 Tot celebres aras, & tot Vestalibus aedes
 Obuallante situ posuisti turribus aequas.
 Namquid erat paruis vrbs sedibus ista, priusquam
 Insubriae sacras tractares Praesul habenas?
 Tu teneris gregibus sublimia tecta locasti,
 Optastiq. locum, tenuiq. vbi sede latebat,
 Nunc vbi congestos vomit ingens limen alumnos,
 Et vasto complexa sinu domos educat omnes:
 Tu, quo non aliud maius videt Itala tellus,
 Laurenti augustum duxti ad fastigia templum.
 Vix opera enumerem. nunc tantum deficit aedes
 Ingenijs, domus ingenijs non vlla patescit.
 Ecquando dabitur Musis habitabile tectum?
 En media varijs stat porticus vrbe columnis,
 Sub qua iura fremunt, qua miscent iurgia leges,
 Clamosumq. forum. Musas Astraea vagantes
 Despicit, & ridet nudos incedere vates.
 Eiagedum molire tuis nunc artibus ingens
 Hospitium, & dignas studijs melioribus arcet,
 Quas orbe extremo, terrisq. excita repostis
 Discendi studio, sapientum turba frequentet.
 Ne tamen optandus media locus vrbe, nec omni
 Cardine terrarum querenda volumina mentem
 Terrificent: ego praesenti tua numine caepa
 Prosequar, ipse tuis adero conatibus auctor.

Ne tantum molire moras, ne denique nostris
 Viribus indubites. non Pergameum Museum,
 Septeno nec prisca iugo, quæ Pollius olim
 Atria considerat, nec doctæ Caesaris arces
 His certare queant. dixit, tacitasq. per umbras
 Eripuit sese ex oculis; simul axe sereno
 Intonuit læuum, tum longo tramite currens
 Præcipitat sidus, mediæq. illabitur vrbi.
 Nec mora: summa super geminæ fastigia turris
 Decidit, & claro loca lætè illuminat igni.
 Illuxere viæ, tectum qua stella futurum
 Monstrat, & ingenti describit culmina gyro.
 Agnoscit Diui augurium, numenq. salutat
 Et duplices tollens Federicus ad æthera palmas
 Nil cunctabor; ait, nihil est quod demorer ultra.
 En opus aggredior: iam tardat crescere moles,
 Artificum iam tarda manus, iam tædet inertem
 Molitum non esse suo de nomine sedem.
 Castigabo moras, nunc mittam brachia centum,
 Centenasq. in iussa manus. sic fatuus obortam
 Sensit adesse diem, læto sua gaudia celat
 Pectore, & optatum festinat ponere templum.
 Ac primùm arcano signatos sidere sulcos
 Vestigat visu tacito, & vestigia lucis
 Circumfusa legit, facili mox arte futurum
 Fingitur, & picta formatur imagine tectum.
 Fit mora nulla: alij certant immmania saxa
 Artificiq. manu solidas excindere rupes:
 Hi terram effodiunt, imoq. immergere tendunt
 Fundamenta solo, labor his educere muros
 Vestibuli, & totos firmis attollere quadris.

86 BENEDICTI SOCIACI

Qua (sic fama refert) nocturnis Cimbria tegis
 V est auit, fuscisq. canas delapsa per umbras
 Insudavit equis. demissum anephiona calo
 Nocte ferunt tacita lapides traxisse molares
 Ad chelias, & vastas insisse accurrere rapes.
 Sunt alij, qui sublustri de nocte renarrant
 Se vidisse iugis vltro descendere saxa
 Nimirum doctis gausa accedere maris.
 Quin etiam Phœbum famulatum ad Pergama quōdam
 Subuectasse humeris immania saxa volentem,
 Ac manibus duxisse suis ad sidera muros
 Musarum memorem, sodisq. cupidine captum
 Humana facie sumpta, & fabrilibus armis.
 Surgit opus. credas Steropen, Bromonq. sub Aetna
 Multiplici certare manu, formacibus atris
 Cum recoquunt cabybem, totaq. incude laborant
 Aegida monstriferam, currusq. in bella fouantes.
 It stridor calo, comptet sola cuncta viarum
 Casorum lapidum gemitus, clamorq. fabricorum.
 Et iam summa super celsas domus eminet urces
 Proxima sideribus, munitaq. culmina surgunt
 Ventorum furias contra, caliq. ruinas.
 Iam tandem aduerso despectat vertice moles
 Oppositas, iam tella Dea vicina laceffit
 Astrea; vicina minus clamore superbit
 Porticus imparibus nunc interrupta columnis.
 Mirantur celsae attonitis radicibus Alpes,
 Inuidiaq. fremunt vrbes: sic exit in auras
 Machina, Belligeri iures laquearia cali.
 Itala Athenæum vellus super. ardua throno
 Austrorum latera, & fastigia summa toruante

Arte

Arte laborati lapides . patet area late
 Liberior, fallitq. pedes, oculosq. moratur .
 Attonitus patulo circumspicit ore viator,
 Et ceptam suspendit iter, quin talia secum
 Anne oculis adhibenda fides? tunc ille viarum
 Angulus, atque urbis regio vel inhospita plebi?
 Unde recens sedes. faciesq. inopina beati
 Liminis, & subiti velocia culmina templi?
 Semirutas hic ante domos, hic ante ruinas
 Cernere erat. quænam subito fortuna superbam
 Struxit opus? Tyrionè eductos carmine muros;
 An mage Phœbæe molem de marmore secto
 Construxere manus? veluti iam moenia Trois
 Neptuni fabricata ferunt, & numine Phœbi.
 Cur magis antiquis velit insanire vetustas
 Molibus, enormes cur ostentare labores?
 Quos genus Argivum sudavit & improbatum
 Roma diu vidit, quos mæstra Semiramis olim
 Struxit in exinctum solatia vana maritum.
 Parcior ipsa suas iactabit garrula Memphis
 Piramidas, minuetq. suum Rhodos ipsa colassum.
 Cares & insani sua mausolea fileseent.
 Sic ait; immotusq. immania saxa tuetur.
 Ast ego, quas rupes attraxit voce canora
 Odrysus vates, quas alto ex ægæte Dirces
 Reptare Amphion Thebarum ad mœnia iussit,
 In Borromæam non ausim adducere sedem.
 Vatis hæc vulgata nimis. quis non iuga fixa
 Orphea sponte sequi, comitataq. saxa canentem?
 Quis non Graiugena gavisam Pallada terra
 Cecropias moliri arces, & ponere mores?

88: BENEDICTI SOCIACI

*Sapè etiam vates tellis immanibus audax
 Supposuit casas hyacinti è rupe columnas,
 Berillo muros, & lubrica Iaspide dixit
 Limina, purpureumq. solo constrauit Achantum .
 Hic commendat opus mendaci carmine ducens
 Saxa Chios, niueosq. imitantia marmora. cycnos ;
 Hic quæ sanguineis maculauit roribus Atis
 Quæ Nomades, quæ sacra Tyros, quæq. vda Caristos
 Excindit varijs sudans in saxa metallis .
 At procul ex adytis Musarum pulsus Iaspis
 Longe mæret onix, & gemma excluditur omnis .
 His alias Federicus opes, aliasq. recondit
 Diuitias, non argenti congeffit aceruos,
 Nec fuluos auri cumulos ; verùm ille labores
 Diuinos stipat veterum, quos soluere nullæ
 Annorum valere moræ, quos carpere nunquam
 Imber edax potuit, nec sæui iniuria venti,
 Sed viuunt alios, aliosq. animosa per annos
 Romuleas moles vltra, atque audacia saxa
 Pyramidum, Rhodijq. etiam post fata Colossi .
 Scilicet hoc varia tandem facundia lingua
 Constitit, inseditq. cohors Heliconia tecto .
 Quicquid Graingena, quicquid mirabile quondam
 Romuleæ scripsere manus, Arabesq. vetusti
 Immortalis habet sedes ; quosq. orbe sub omni
 Aeterna eternat secum sapientia fama .
 Quid varias species librorum, & nomina mille
 Mille acies, mille orantum, mille agmina vatum,
 Quos Latia fumuisse tuba, quos crufmate Graio
 Heroas animasse ferunt, & prælia Martis,
 Cunctaq. funesta scripta oblustantia morti*

Enu

Enumerem ? vasto stant quæque volumina tecto :
 Omnia tectum ingens gremio tenet, omnia condit,
 Atque omni loculo rerum custodia cessit .
 Iam iam reliquæ Danaum, recidiuaq. surgit
 Græcia barbaricis toties erepta ruinis .
 His loquitur Latium antiquum penetrabilibus ; illis
 Fecundæ vatam Solymæ , fetæq. sacrorum :
 Has sedes Aegyptus habet, quæ monstra tot annos,
 Quæq. sua æquavit magnis animalia Diuis .
 Hic habitant Arabes, hic diues Iberia regnis,
 Et quæ fastosis contendit Gallia Iberis .
 Scriptis nulla quies, pugnant scripta emula, pugnant
 Vno stare loco, post mortem odia improba viuunt .
 His domus exundat populis, it eburnea circum
 Machina Diuorum miris celata figuris
 Artifici deserta manu ; nec lumina desunt ;
 Multus ubique dies, multum specularia Solem
 Admittunt, multo pariter Sol vincitur auro,
 Qua picturato lucent fastigia cultu .
 Ridet opus : domus ipsa suos miratur honores,
 Delicias stupet ipsa suas, circumq. superbas
 Monstrat opes, circum effigies, atque ora virorum,
 Quos & Apellæis spirare coloribus Heros
 Magnanimus dedit, & Musarum viuere templo .
 O domus æternum non collapsura per æuum,
 Et dominum visura parem; ne nobile mutes
 Musarum hospitium, nec te Capitolia vincens,
 Nec Vaticano consurgens vertice moles:
 Et Tenedos, & Cyrra potens, defixaq. ponto
 Delos, & intonsi cedent penetrabilia Branchi :
 Nec Claria certare fores, nec Delphica tentent .

Limina,

90 BENEDICTI SOCIACI

Limina, nec templis Sparta presaga reclusis .
 Ipsa Iouis silua melior, meliorq. profanis
 Corcyræ foribus, Phœboq. potentior omni .
 Deiectos attolle oculos, atque exere vultus
 Insubria, & factam libris circumspice molem,
 Qua non Pergamei quisquam erexere Tiranni
 Maus, & antiquæ nil tale tulistis Athenæ .
 Si non clara viris, si non pulcherrima rerum
 Ante alias, quas cunq. Europa amplectitur vrbes
 Hoc vno posses alijs contendere lecto,
 Aequaresq. tuum terris, & nomen Olympo .
 Felix hospitio studiorum, qualis in auras
 Alpibus in summis siluæ regina cupressas
 Attollit se se, & sublimi vertice vincit
 Arboream turbam, & nemorum capita alta minorum
 Plena annis, Driadas vmbra complexa sorores
 Omnes siluicolas, omnes iuga celsa tenentes .
 Illa tuis sedes spectacula civibus olim
 Miranda exhibeat, doctasq. ex ordine pompas .
 Qualis Olympiadas concursit Græcia magno
 Doctaq. sacrabat musis solemnia, ibi ingens
 Victorum plausus, sperataq. ferta ferentium .
 Hic etiam docto certamina puluere pleni
 Instituent iuuenes, patriæq. & laudis anhelii
 Emeritum capiti decus, & frondentia postcent
 Præmia: quemq. suus labor instigabit anhelum
 Scribendi, nullusq. dies inglorius ibit .
 Sic vbi in Ismiaca pubem decurrere arena
 Suasit amor; rapit attonitos fuga caca, viamq.
 Præcipitant omnes accensi laudibus, & iam
 Calcem calce premunt, seseq. evadere tendunt .

Nulla

Nulla pedum requies ; sua gloria quemq; lacessas,
 Promissaq; placet mortem pro fronte pacisci .
 Sic etiam indecores, & stirpis honore carentes
 Clarescent fama, atque obscuro sanguine creti
 Illustres studijs, & honoro pectoris auro
 Mutabunt genus, atque animos ad sidera tollens
 Principis impensu erecti, & disuite censu .
 Tantus honos studijs, tantorum ea fama virorum.
 Huc septemgenino concurret flumine Nilus,
 Et septemgemino Tyberinus colle recedet
 Visurus tot scripta virum, nec Græcia felix
 Ingenijs contemnet hanc succedere lecto .
 Huc ingens Rhodanus fluuijs cum fratribus ibit,
 Et properè totis descendunt montibus Alpes,
 Ut spectare queant æni decora alta vetusti .
 Ipsi etiam Elysus manes è vallibus ultro,
 Illustresq; animæ, veterumq; examina Græcum
 Exsiliunt propere, & felicia lecta subibunt,
 Letaq; certaminum proprios spectare labores
 Ter quater euoluent, proprios contingere fœtus
 Causa inter se, seseq; agnoscere in illis . . .
 Iam fortunatas sedes, lucosq; beatos
 Riparumq; toros regni aspernantur opaci,
 Et cupiunt votis docto consistere lecto .
 Exigerent totos pulchro certamine soles,
 Miscerentq; sonos, alternaq; carmina biarent .
 Huc & nocturna descendunt astra sub umbra
 Prolapsu tacito, deformi pectore Chiron,
 Chironisq; puer, montanis Ranes ab antris
 Erumpent: tantum cupidi cognoscere limen
 Precipitent Fœni, Silvanusq; ambiter umbra,

92 BENEDICTI SOCIACI

Eq. nouo incipient oracula discere templo.
 Quin & calicolæ monstrabunt sede sub ista
 Sidera, quæq. rotent æterna volumina mentes,
 Quo pluuiæ tractu, quo rauca tonitrua terris
 Desiliant, quæq. astra retro voluantur in ortum
 Dignati cæcas nobis expandere causas,
 Naturæq. vias, & tenuia semina rerum.
 Fortè sment etiam mortalem aduertere vatem
 Mirandos numeros, & non imitabile carmen.
 Tunc mihi frondosi valeatis culmina Pindi,
 Castaliq. lacus, nec curem Phocidos antra.
 Hos Borromæi vicino in limine templi
 Ausus hiare modos, molemq. attollere cantu,
 Quamuis includat vocem dolor, inq. merentem
 Sors inimica premat, geminos dum mulctat iniquo
 Exsilio fratres, patriysq. auellit ab oris.
 Nunc verò Ambrosium videor de culmine summo
 Cernere soluentem grates, & talia fantem.
 Matte nouis Federice adytis, qui fæda locorum,
 Informesq. situs mirandos vertis in vsus
 Musarum molitus opes, vicinaq. celo
 Atria: quæ tibi nunc factorum digna rependam
 Præmia? qui tantam nostro de nomine sedem
 Vrbe locas media: patriam melioribus urbem
 Ipse nouabo viris, doctaq. afflabo iuuenta.
 Auertam pestes populis, moresq. sinistros,
 Extendamq. tuæ vitalia stamina vitæ,
 Donec ad aerias gauisi Tiberis arces
 Purpurei meritum proceres diademate cingant,
 Et septemgemino plaudentes vertice montes
 Terrarum agnoscant dominum, caliq. potentem.

Ante

*Ante pedes tum Roma tuos procumbet, & omnis
 Insiber augustæ concurret ad oscula plantæ .
 Nam fama nec finis erit, nec terminus ullus .
 Non hæc longa dies tua tecta aboleuerit vnquam .
 Aeternis stabunt foribus, populisq. patefcent .
 Sacratumq. mihi non ipse licentior imber
 Limen edet, trepidæq. auertent fulmina nubes,
 Et compressa metu seruabunt murmura venti
 Augustam molem, maiestatemq. trementes .
 Nec Vaticani plus aurea limina montis,
 Nec Medicæ domus, nec plus penetralia Galli
 Regis, Athenæum nec plus habitabitur vllum .
 Dixerat, & caram radijs maioribus urbem
 Impleuit, ferulamq. manu de more sonantem
 Incussit, numenq. professus ad astra recessit .*



Amo

AD FEDERICVM
BORROMÆVM
Cardinalem.



*Nonne parens vatum iusta indignatio cessit &
Dasq; meis finem lacrimis, mentemq. be-
nignam
Continuas Musis? tua mœs ignara nocēdi.
Et sensus rediere tui, non oderis inquam*


*Sossagum, totoq. excludes pectore vatem .
Me licet incantum fraternus adegerit ardor
Omnia moliri, dulcesq. relinquere Musas ,
Ut caput innocuum seruarem in turbine leti .
Tu tamen affusum terra, genibusq. volutum
Erigis, & veniam poscenti crimina donas .
Talis & Hectoreis ignouit manibus olim
Aeacides, talis Priamo sua regna petenti
Annuit Alcides, tali complexus amore est
Caesar & inuisos post aspera praelia cines .
Quam tua se nobis placida clementia frontis
Prodidit? indigno cum iusti è carcere fratrem
Educi. non si centum spumescere linguis
Ora queant, dignis amplector singula verbis .
Gratia deciderat, me tristia fata manebant :
Alter carceribus fratrum damnatus, & alter
Exilio, nil iam cladis superabas iniqua ;
Inuisus Phœbo vitam sine laude trahebam .
Cum tua submissos excindere nescia cines*

Suffu.

*Sustulit, in tutoq. iterum me dextra locauit,
 Nec miserum premere vlteri us dignata clientem .
 Sic tenuem ventis nunquam obruit Aeolus annem,
 Incumbit pelago, pelagi diuerberat vndas .
 Non humili stridens Aquilo se colle fatigat,
 Caucaeis fremit ille ingis, atque Alpibus altis :
 Nec verò inuadit magni Iouis ira genistas ,
 Aereas quercus, immanes deijcit arces .
 Quin etiam angustos potuisti intrare penates
 Pompeo similis, tenuemq. inuisere cellam
 Submittens fasces, maiestatemq; coercens ;
 Tantus vatis amor, numeris ea gratia nostris .
 Vnum restat adhuc, supplex te deprecor vnum .
 Frater adhuc ignotus, egens incerta pererrat
 Littora: iam reuoca miseranda sorte trahentem
 Exsilium, decuit veniam donasse precanti .
 Redde precor fratrem, nihil hoc mihi triste recepto,
 Sed fortuna prior, sed pristina fama resurget .
 Hos pro votiuo numeros persoluimus auro,
 Pro tabulis hoc nomen habes, pro supplice numen
 Thure damus . fratrum Princeps miserere duorum .
 Exsilio fratrem reuoca, tantisq. periclis
 Er:pe dulce caput ; frater pro fratre precatur .
 His potes ignauam stimulis vrgere inuentam,
 Inspirare animos, vatemq. attollere calo .
 Ille quidem arboreis inscribet nobile factum
 Corticibus, rimasq. manu deducet biantes,
 Vnde tuum valles nomen, siluæq. loquantur :
 Audiet hoc natale solum, collesq. per omnes
 Ipse Brianteus commoto corpore plaudeat .*

AD

AD HIERONYMVM CENTVRIONEM.

 Rpheæ Cyaneas finxit mulsisse procellas,
 Qui vehit Argoa Mynias per cœrula pinu,
 Nestoreosq. fauis memorat certasse profatus
 Qui canit Acacida nimis implacabilis irâ.

At ego diuina qui verba fluentia lingua
 Iam moriente die sitientibus auribus hausi,
 Attonita quid mente loquar? quas pectore voces
 Erumpam. non Mœonidem si vincere cantu
 Sperarem demens, & toruum equare Maronem
 Sufficerem. summo consistere culmine cœli
 Visus, & ignotas superum gustare loquelas.
 Tene ego Centurio, soboles non vltima Phœbi
 Nanciscor temerè, tecumq. incognitus vna
 Verba sero, totumq. affixo lumine lûstro
 Venales inter libros, nec noscere fas est?
 Est locus in media Insubrum notissimus vrbe
 Clamoso qua intra foro, qua iurgia miscent
 Causidici, & rauco rumpunt clamore tribunal.
 Desuper infelix sqallescit turba reorum
 Carceribus cœcis: pretiosa mercis auari
 Inferiora tenent, & iniquis fraudibus instant.
 Nec procul aëria pro turri Carolus astat
 Armipotente Deo tantùm minor, ille decoro
 Ore superfulget, latèq. aspectat euntes.
 Corpus obit sinuosa clamys, sed laua quiescis
 Ense super, sceptro dominatur dextra potenti:

Hic

Hic cùm diuerso tererem docta otia passu
 Centurio patria nuperrimus vrbe profectus
 Adfuit, Aeneas vt cum improvisus Elise
 Adstitit ante oculos. & rupta nube refulsit.
 I licet admiror tacitus, totumq. pererro
 Luminibus, nec erat tantum fas noscere docto
 Suffusas pallore genas; audire vacabat
 Demulcentem aures, enarrentemq. modestè
 Ingenij monumenta sui. tunc denique vatem
 Eloquij confessus honos; tunc iungere dextram
 Vrget amor dextræ, doctumq. exposcere nomen.
 Non aliter pelagi populos mulcebat Arion
 Ionias emensus aquas: sic ire volentes
 Amphion scopulos Thebanæ ad mœnia traxit:
 Sic etiam Aemonij vates in vallibus Orpheus
 Gaudbat celeres descendere montibus alnos
 Ad chelin, & secum socias adiungere pinus.
 Maeste vir ingenio, Latij notissime regnis
 Egregios inter vates me pectore toto
 Accipias, tecum socias bacchabor ad vndas.
 O mihi si talem fortunam præpete cursu
 Phœbe vebas, properesq. tuis mea vota quadrigis.
 Sidereas feriam sublimi vertice sedes.
 Nec me dissimilem studijs, aut arguet vnquam
 Degenerem ventura dies, mihi gloria ceder
 Antiqui Pyladæ, cedent mihi fida Patrocli
 Pectora, qui magno Troiam comes iuit Achilli.

BENEDICTI SOCIACI

AD FRANCISCVM ADDVAM
COMITEM.



Hec discedenti populose manibus urbis
Italia Franciscæ decus, spes altera vatum
Affectus monumenta mei cecinere Ca-
mena: (urbis

Dum procul insanoq. foro, & clamoribus

Te iuuat ingenij varias incumbere in artes .

Scilicet Aetnaea Vulcani more cauerna

Fulmineos tonitrus, tormenta imittantia cudit,

Antra gemunt ferro, duplicatis ictibus incus

Ingentem duplicat gemitum, chalybesq. crepantes

Stridunt, & magna reuoluti intude rubescunt .

Nunc & Apelleis facies animare laboras

Insubrum tabulis, & auorum reddere vultus :

Viuaces stupet effigies natura, siletq.

Artifices mirata manus, mirata colores .

Applaudunt Vates, cantumq. ad sidera tollunt .

Tu pulcræ flos Italia, tu maximos ille es,

Quo magna Insubrum tellus bellante superbit .

Tn dum Romano Venetus se opponere Princeps

Pontifici auderet, nec Regnatoris Iberi

Audiret monitus, aduersa sed arma pararet ,

Fontanus belli focinum te ascruerat Heros .

Tunc primam Romana acies, Romanaq. virtus

Visa fuit, nostro pleni cum milite campi

Vndarent, atque arma globi districta tenerent .

Euganeiq. tuo concussi nomine montes,

Conspectaq. procul pater Hadria inborruit hasta,

Et trepidauit quis male tutum linquere litus .
 Francisci ad nomen percussa pectora matres
 Pignora maternis presserunt cara lacertis .
 O mihi si viridis tantum Deus annuat aui,
 Vt te sternentem late, longeq. fugantem
 Maumetem videam, extremisq. impingere Baetris .
 Tunc ego Turcarum Reges in terga reuinctos,
 Prostratosq. tuis manibus memorabo Tirannos :
 Addam barbaricas vestes, pompamq. superbam,
 Et diuisa tuis spolia inuidiosa manipulis .
 Hæc precor eueniant felici sidere fata .

A D L V D O V I C V M
 S E P T A L A M .



Te procul labes Epidauri, incommoda secti
 Vulturij turpes, sanctiq. opprobria cætus,
 Immunda procul Harpiæ, procul ite rapaces,
 Quas auri malè sana fames exercet, habendi que

Incestus malè torquet amor: quarum altera morbum
 Proponit tantùm certa mercede leuandum .
 Altera rimatur diductis faucibus egri
 Diuitis vsque fores, lectoq. potentis amici
 Incubat, & voti causa festinat auari
 Insitor Hippocratis famosus, cetera segnis
 Ad nummos alacris, ni spes affulserit auri
 Corrugat frontem, & turgenti pectore mussat,
 Inq. salutate concedit procius egro

G 2

Qualis

BENDICTI SO CIACI

*Qualiter egressum solijs expanerit anguem .
At Septala meus prisca virtutis imago
Artis honos mutæ, Epidauri sanguinis heres,
Idem auri facilis contemptor, & optimus idem
Eripere oppressos morbis è faucibus Orci,
Omnia plena licet tenearum, omnesq. tigillos
Ingeniosa suis ditavit aranea telis,
Non res angustas vatis respexit egentis;
Nec flexit post terga manum, dum Peonis herbas
Depositam miseri fratris curare salutem
Acceleras volox, & plurimus assidet ultro .
Artis opem medicæ pretio donare negavit.
Certè germanum grauis inclementia fati
Inuasit non id meritum . nam letifer horror
Artus horrendum miseros quassabat, & inde
Arebant subito contentis brachia nervis .
Prob Diuum pietas; macies incognita totos
Turpabat vultus, & pulcræ frontis honorem' .
Ille suus decor ex oculis, suus ore cadebat
Lucis amor, vigor ille animi defecerat omnis .
Mole pigra humorum torpebant membra, nec vsus
Vocis erat labijs, & faucibus interclusis .
Ipse etiam infelix huc dum se vertit, & illuc,
Et falsum turbata acie videt æthera, falsos
Cominus esse videt districtis ensibus hostes
Exitium misero præsens, latumq. minantes :
Nequicquam insurgit contra, tum Delio ossam
Iungere nequicquam tendit : conatibus eger
Deficit in medijs, atque omnes corpore vires
Deficiunt, nec lingua potest attollere vocem .
Quin etiam dum nox terras complectitur ymbrijs,*
Obre-

Obrepiat nunquam vlla quies, nec membra tremantis
 Illigat, attonitis acies obtutibus errat
 Noctis imaginibus eluditur, actaq. cervix
 Turbinis in morem nunquam inclinata quiescit.
 Heu quoties durum exitium morientis adempta
 Luce putans, & membra modis trepidantia miris
 Indolui, toruosq. oculos, pallentiaq. ora.
 Quae non clamaui crudelia sidera, quae non
 Incusavi amens fatarum iurra nocentum?
 Illum natalis siluestria numina collis,
 Illum omnes Lambriq. Deae, glaucæq. sorores,
 Inq. cauis patrius gemuit lacus Eupilis antris.
 Tu solus me consilij solaris egentem,
 Et minuis Ludouice metus; tu fronte serena
 Attonitum sperare iubes: nec vana salutis
 Spes cecidit, morte obsessos haud segniter artus,
 Pugnantemq. fones animam, moribundaq. membra
 Assiduus donec vario medicamine fratri
 Amissam penitus potuisti reddere mentem.
 Restituitq. animam tua vis arcana medendi
 Inuita lachesi: coguntur longius eum
 Parca nere manus, & continuare laborem,
 Vnde gemit cæco mors indignata sub orco.

ASBY

BENEDICTI SOCIACI

AD IOSEPHVM

RIPAMONTIVM.



*I*n sacros meus annales permittere doctis
 Voluendos manibus non dedignatur Ioseph,
 Diuinæ iam mentis opus prodibit, & aureus
 Lustrabit cū Sole labor spatia omnia terræ.

*Illustres animæ, quæ templa labantia quondam
 Quæ res Ambrosij diuerso turbine pressas
 Erexere humeris, & firmauere cadentes
 Certent lætitia, sacræ gaudete tiaræ,
 Et radiant hilares radijs maioribus aræ:
 Ipse Briantæus templo iactantior omni
 Collis ouet, tantoq. parens applaudas alumno
 Verticibus motis: gentilia saxa resultent,
 Gausiq. sonent festiuo murmure siluæ,
 Reptauit quibus ille puer, ramisq. pependit.
 Ecce audus patrios tanti cognoscere lucos
 Scriptoris, cupidusq. lares contingere auitos
 Non vnus properat diuerso è cardine mundi
 Aduena; nunc grauidas Bacchæo nectare rupes
 Miratur, nunc ille solum natale salutat
 Submisso capite, accuriusq. dat oscula terræ.
 Tantis honos scriptis dabitur. tum maximus altor
 Vitiferos mons ille humeros, mons ille superbus
 Attollet frondosum apicem; tum nobile dorsum
 Pampineo Autumno, mustoq. madentia colla,
 Spumantemq. mero berbam. manantiaq. ora
 Ostentabit ouans, sedes monstrabit opacas,
 Felicesq. manu scopulos, atque antra nepotis*

Conscia

*Conscia, quæ capitis fuerint cunabula tanti,
Hybleis ubi verba fanis certantia quercus
Aurita audierint, aut quanquam armenta sub umbra
Herbiferos oblita toros stupuere loquentem.*

A D A Q V I L I N V M
C O P I N V M.

EXspectata refers caris Insubribus ora
Sospes amicorum Princeps Aquiline mecorū.
Quam metui, ne tristis hiems, caliq. ruina
Occacaret iter, reditusq. abrumperet ira
Torrentum, dum spumosas in vallibus undas
Transmittis, passimq. salo crescente natantes
Pastorum, pecorumq. domos. nunc corda nocentibus
Incessit formido hominum, ne rursus aquarum
Diluuio terras inuolueret ira Deorum.
Et merito, tantos calum se cogit in imbres
Nubibus obsessum picetis, sic desuper ingens
Porta tonat superum, sic Iuppiter æthera frangens
Præcipitatq. hiemes, & apertos verberat agros.
Oceani stuctus imitantur stuctibus amnes,
Et pelago maiore sonant, maiore Ticinus
Spumens assultat cumulo, correptaq. fundo
Saxa rotat, ruit annosas cum sedibus ornos,
Et spes agricolum, ripisq. licentior exit:
Quin pater Eridanus violentis turbidus undis
Oppida deiecit, vicinas terruit vrbes,
Mæniaq. undoso turrita superuenit æstu.

G 4 Tor-

BENEDICTI SOCIACI

*Torrentes tamen insanos Aquilinus, & alpes
Incolumis super at, socio mihi dulce recepto
Perfurere, & curas mandare rapacibus auris.
Signetur tam pulchra dies, promantur auitis
Vina cadis, dapibus mensæ cumulentur opimis.
Ne puer ò ne parce mero, cur aurea cessant
Potula, nec capiti properantur ferta rosarum?
Stat solem cantu producere noctis in umbras.
Sed potius cara vinctus ceruice morabor,
Incumbamq. tuis humeris, dum singula narras.
Vt passim Allobrogum vicina palatia celo
Videris, vt villas Italiae telluris ocellos,
Naturæ ridentis opes, vt obiueris alpes,
Vt domitos scopulos, expugnatosq. metallis
Videris ignotos passim mansuescere in vsus,
Inuiisq. etiam montes florescere saxis
Obsequio domini faciles; vt lambere heriles
Flumina prona pedes, genio letantia Regis,
Et placido domini mores imitantia cursu.
Tu varios numeras cultus, rurisq. beatas
Diuitias hortis multum florentior ipsis,
Aeternamq. tuis inuicem talia cartis.*



IN

I N M A R G A R I T A M
A V S T R I A C A M,

Epicidium.



Nde dedit gemitum concusso corpore tellus?
Cui lugubre rubent ferali crine Cometa?
En ferrugineo Phæbus velatur amictu,
Hispanisq. procul mærens auertitur oris.

Soluitur in lacrimas cælum, totumq. tenebris
Clauditur, amoto tristantur sidera vultu.

Non aliàs tantus de cælo fulguris horror
Excidit, aut tantas quassarunt fulmina turres.

Quid pater Oceanus turbatur gurgite toto
Tristis inexpletum lacrimans: quid velat amictu

Ceruleo caput, & damnato conditur antro
Rauca sonans, lamenta ciens plulantibus undis?

Agnosco tot monstra Deum, causasq. dolorum
Omne solum, cælum omne super, maria omnia late

AUGUSTA moriente gemunt, se luget ademptam
MARGARIS Oceanus, tellus te mota requirit.

Damnantur luctu populi, pallefcit verberata
Indus, & armorum proceres, legumq. potentes

Atratos sumunt habitus, terrasq. per omnes
Squallent sordentes pullata in veste Tiranni.

AUSTRIACAE mærent Aquila, mæstissimus Aus
Et Boreas terræ dominam pelagiq. gemiscit, (ster)

Danubiq. vomunt querula suspiria ripe.
Nec minor Hesperiae magnæ dotor abditus antris.

Durius ingemuit, mutatis Hermus arenis
G 5 squal-

BENEDICTI SOCIACI

*Squaluit, aëriq. procul gemuere Pirenes.
 Nos euerit idem funus, nos obruit omnes
 Insubres, tecumq. domos, tecumq. sepultos
 Insubria populos moriens REGINA relinquit.
 Ah quibus incusem probris, qua voce laceffam,
 Quae te non verita cēt Reges fraudare minores
 Hesperia fortuna potens? quam prole labantem
 Fulsisti, in tutoq. parens secunda locasti.
 Heu vbi puberibus probitas maturior annis,
 Turaq. vis animi, vis nulla obnoxia labi,
 Et pudor. & solio fronte non elata superbo?
 Heu vbi siderei mores? proh sancta Deorum
 Numina liuentes rapuerunt omnia Parca.
 O quantum cladis, quantum mors inuida fuit
 Vna dedit? cecidit regalis sanguinis heres.
 Vsq. ab anis atavorum atavis ab origine prima,
 Quae genus Austriadum tellus tam denica nescit.
 Imperijs gravidum, dominataq. stemmata mundo?
 Hic primae hausisti caelestia pabula vita,
 Quae se Danubius spatiofo gurgite voluit,
 Estrosete Onasus ripis formosior erras.
 Te nascente ferunt gauso gurgite Rhenam
 Diuitijs vndasse nouis, rubuisse vestiam
 Vere nono Arduennam, mutata armenta fluontis
 Oceanumq. seruis vomuisse ad littora gemmas.
 Quin tibi Nereides magnum diadema pararunt
 Confesse Dominam famula. tum vertice tota
 Invocata fulsero faces, regniq. dedere
 Omina fortunam thalami, regesq. futuros
 Praedixere: faces stellarum, & conscius aether,
 Inter vagitus, inter cumabula coniunt.*

Hisp.

HISPANO legeris REGI, cresciq. verendo
 Regina gremio, regumq. adolescis in aula.
 Hinc rerum domino donaris coninge coniux,
 Deseritur nemus Hercinie, Boreaq. relictis
 Sedibus Hispaniam longè properetur ad aulam.
 Tunc populis est visa tuis mirantibus ingens
 Temperies vultus, castigatiq. sub illa
 Maestate animi, tunc est comitatus euntem
 Et pudor, & pietas, & sancta modestia vultus,
 Stipavitq. lacus virtutum exercitus ingens,
 Insubrum medias dum tu graderere per vrbes.
 At dum velivolo faceres vestigia pontis
 Aequora lambebant castos spumantis gressus,
 Erubuit Galatea procax nauitare per undas,
 Erubuit Triton fugientes tangere Nymphas.
 Tunc primum austeros capis mare discere mores.
 Neptuni tunc monstra senis plausere natantes
 Pone ratem, & blandis riserunt pulsa cachinnis
 Littora lætitiæ sonitu testantia læto.
 Vt sociam thalami vidit regnator Iberum
 Tum se dilectum cælo, tum credidit unum
 Se Reges supra ire alios; Hispania passim
 Auriferis illuxit aquis, & turba Dearum
 Regia adorato posuere monilia colles
 Felicem veneratæ vterum, qui sidere dextro,
 Reginas pareret, reginarumq. maritos.
 O felix smerent si te liuentia fata
 Continuare toros, æuiq. attingere metas.
 Sed prohibet fors illesum sperare tenorem.
 Stirpe Deum florens, septeno pignore felix
 Septa Ducum nuribus, terræ regina marisq.

BENEDICTI SOCIACI

*Anteibas veteres quæ moribus Heroinas
Hesperia raperis. superis Hispania visa est
Fortunata nimis, traheres si longius æuum.
Quò Regina fugis, famulum cur deseris orbem?
Aspice luctifono miscentur vt omnia planctu,
Omnis vt ora suam desideret orba parentem.
Vos ò Cælicolæ stellantes pandite portas,
Et regina Deum reginam amplectere nostram,
Sublimiq. loca folio, premat vnde micantes
Sub pedibus stellas, regna & florentia flammis.
Ite boni manes, veterumq. examina matrum,
Augustamq. animam radiorum spargite pompa.
Et consanguineos monstrate per aurea Reges
Atria, quæ terras olim ditione tenebant.*



I N S O B O L E M
P E T R I C A N T O N I

Epicedium .



*Ol, qui flammifero vitalia pabula curru
Quo flectis te sumque, vehis; qui lapsibus
annos*

Labentes reuocas, distinguis tempora rerum

Distinguens faciem; quando inclementia cæli

Innocua parcat soboli? nec sæviet ultra

Continuare obitus, & desolare penates?

Nullane finis erit lacrimarum? nulla dolorum?

Nec tristis fortuna domus mutabitur vnquam?

CANTONI sine clade mei tua sidera nunquam

Phæbe remetiris, nec iter cælestè reuoluis

Cantonum sine morte aliqua. non fors ea tanto

Debetur capiti sibi tot præcepta videnti

Pignora, & orbato melioris robore sexus.

Florebat dudum ante alias felicior omnes

Fulta domus; nunc progenie spoliata virili

Inclinata iaces. spes o genitoris inanes,

Et nulli materna vnquam exaudita Deorum

Vota. modo infelix tenerorum turba nepotum

Ante lares dulci risu ludebat auitos,

Cervicemq. patris breuibus circumdabat vlnis.

Ille morabatur discessum nexibus artus,

Hic præceps reducis saliebat in ora parentis,

Sublatusq. manu poscebat ad oscula vultus.

Libatas hic ab ore dapes, libataq. vna

Abri-

BENEDICTI SOCIACI

Abripere, & dulci mensas hilarare tumultu.
 Nunc luctu confusa domus mutescit, & idem
 Meror habet dominos, eademq. silentia mensas.
 Ridentes poscunt pueros, notasq. requirunt
 Delicias masto sudantes imbre penates,
 Et desiderio visisquallescere muri.
 At pater infelix centena volumina iam nunc
 In nomen pueri, & prisca de gente probatos
 Seruabat vates, & eburnea pleetra, fidesq.
 Dulcisoscos, citharamq. habilem crescentibus annis;
 Quam nunc irato proscindit turbidus vagui,
 Discerpiq. sui capitis gestamina, laurus,
 Quando aliter iustum nequit exsaturare dolorem.
 At miseranda parens quas non iam credula vestes
 Festinarat acu, quas non insignia legum
 Sudarat trabeas, sed mors decora omnia fregit.
 Ipse etiam vnus natalia dextera nuper
 Vaticinans agedum felix age nascere dixi
 Nascere subsidium generis, pulcherrima proles;
 Tu simul incipies tremulis insistere plantis,
 Incipies etiam nostras ardere sorores
 Palladias spirans artes. tum pectus Apollo
 Imbuet amne sacro, sacrumq. admitet in antrum.
 Talia iactabam, quando illatabile risit
 Atropos. infausus damnauit & omina signis.
 Sed viduos festina lares Lucina reuisit
 Augens prole genus, veteres solata ruinas.
 Astra salutantes Genius, dominosq. recentes
 Excepit gausa domus. mox lumine torua
 Inuidia obrepit, mors pone nigraeque umbræ
 Obstrepuit, tot spes veri mors ferrea carpsit.

Et teneris flores immittibus unguibus ante.
 Tu prior ab miserum tu SIGISMUNDE parentem
 Deseris, & vitæ meliores deseris annos.
 Materni fortuna videri, genitoris imago,
 Subsidiūq. domus, vocatūq. immanis tuorum.
 Quod si puer eras cælesti tepibus ita,
 Non satis irarum luerat pater? Equid iniqua
 Atropos è patrii ISABELLÆ M amplexibus auferis,
 Et spoliās dulci macerā pignore falsum?
 Heu flos Italidum, & eneris formosior astro,
 Heu breuis deliciū genitoris amabile quanta
 Pectus amarissæ, quanto implet omnia luctu?
 Ah pater infelix, infelix tu quoque mater,
 Infelix mater, sed tu infelicior illis
 Progenies, cui maternos cognoscere vultus
 Non licuit, non ad patrios se fingere mores,
 Non haurire ueloc, non sancta oraculā legunt,
 Nec patri è magnis virtutem discere factis.
 Sic visum Lachesi, sis & liuentibus adris
 Inuidere etenim miseris sua sidera terris.
 Quid queror? alipotens iuuenis, cui cara tuens
 Nascentum capita, & clipeo defendere Subrum
 Illustres animas, summa ad fastigia duxit
 CANTONI sobolem, celiq. in parte locauit
 Mater vbi CATHERINÆ humeris radiantibus ingēs
 Exstat, & insueti spectas miracula mundi.
 Stellantes induta sinus, quos diuite gemma
 Ipsa sibi quondam, multoq. onerauerat auro.
 Hic propè CANTONI proceres, quos aurea virtus
 Extulit, & dulci facta inseruere sereno.
 Sub pedibus fasces patria, curuæq. secures

Gesta: a,

BENEDICTI SOCIACI

*Gestatae, trabaeque iacent, sellaque curules .
Nec non exuviae hostiles, truncataque vela,
Scutaque ferratam circum ostentantia silvam,
Turcarumque humeris erepta caede pharetra .
Occurrit veterum series numerosa parentum,
Laetitia lacrimis Catharina occurrit obortis,
Atque avido teneros gremio complexa nepotes
Arripuit propius, vicinisque intulit astris .
Hic & fixarum faciem, faciemque vagantum
Stellarum monstrat manibus, tardamque Bootem,
Semotamque Helicen, & amatum Virginis astrum,
Aemula quae quondam naturae pingere docta
Desudarat acu, totumque in licia mundum
Duxerat, artifices digitos mirante Minerva .
O lux Insubriae, lux facta recentior alti
Aetheris, orbatum genitrix procul aspice natum,
Qui lucem inuisam non consolabilis odit .
Tu tamen aethereas ades haec delapsa per auras
Terrarum relegens tractus, tu nubi la vultus,
Tu lacrimas deterge manu, frontemque serena
Spe sobolis, cuius dicatur in ore superstes .*



H V I A C V S.

Nympha coloratos captiua reliquerat Indos
 Oceani deuicta vadis, perfunctaq. ponto
 Venerat Insubriam iuueni parere procaci
 Curia nobilibus dominis vbi Picta superbit,
 Curia multiuaga Cantoni cognita fama,
 Nec minor Arpino, nec amani Tiburis impar.
 Ergo peregrinae correpta cupidine terræ
 Altorum latebras nemorum, dulcesq. recessus
 Lustrabat, nunc propter aquas secreta sedebat
 Fluminibus gaudens, & nunc per opaca locorum.
 Cum Veneris flammis, & multo sauciùs arcu
 Nicoleus (sic suadet amor) vestigia vertit,
 Nicoleus, vicina cui pulcherrima parent
 Oppida vernantis de nomine dicta roseti.
 Irruit, atque auida trepidat comprehendere dextra,
 Et prædæ iam iam superimmineat, illa sequentem
 Per tenebras ramorum, & flumina cuncta refugit.
 Et iam puluereos bis sex agitata per agros
 Tristis, mentis inops, & anhelò exercita cursu
 Instantes vitare manus non sufficit ultra.
 Addit virginitas animos, alasq. pudoris
 Addit amor pedibus, & sedes monstrat amicas,
 Quas Airoldæ tencs librorum nobilis emptor.
 Tunc defessa tuis sese penetrabilibus addit,
 Quaq. obuallatur surgentibus areæ muris
 Constitit, & posita pressit formidine gressum.
 Insequitur iuuenis perniciosior alite vento,
 Vinq. reluctanti parat improbus: illa Deorum
 Imple-

BENEDICTI SOCIACI

*Imploravit opem . subito mirabile visū
Mutatur facies, & virginis ora recedunt .
Cluditur arboreo formosum cortice pectus,
In frondes crines abeunt, & brachia crescunt
In ramos teretes, in opaca cacumina vertex;
Mutatiq. pedes telluris viscera mordent .
Tum verò incusans crudelia fata vocavit
Vanus amans, iuxtaq. avidis obtutibus hęsit,
Complexusq. recens truncum, ceu corpus amatum
Oscula confudit toto creberrima vultu .
Illa autem iuuenis nimios exosa calores
Impatiens tangi tandem eluctatur in auras .
Exertatq. caput cęlo velut oscula donet
Sideribus, carumq. allambat virginis astrum .
Hinc folijs viret æternis, & munere Diuum
Ignorat tristes hiemes, & fulmina nescit ;
Indomitis & adhuc truncis riget æmula ferris
Et diram fugat illuviem, qua tacta iuuentus
Squallet & immunda Veneris contagia pellit .
Viue diu exemplum castę mirabile mentis,
Pulcra eomis, spectata nouis virtutibus arbor,
Ipsa Iouis diuina ferens oracula quercus
Virtutes mirata, comas mirata potentes,
Totq. salutiferi felicia munera trunci
Inuideat, nemus Hesperidum, tibi nobile cedit
Alcinoiq. nemus, tibi cedit Apollinis arbor,
Et nimis hirsuto gaudentes numine pinus .*

GENE

G E N E T L I A C O N .

Non penitus genus Heroum conuellere Dixi
 Iam faciles, nec res Italas delere paratis,
 Cùm talem nobis puerum de sanguine prisco
 Annuitis, qui vagitu iam prælia poscit,
 Ore ferox, toruumq. fremit sub pectore Martem
 Intrepidus ferri, galeas nec triste micantes
 Horret, & oblatas gaudet tractare sarissas .
 Quicquid ridetur puero, lux improba ferri
 Ridetur, ludit clypeis, genus omne pererrat
 Armorum, reptat telis immitibus audax :
 O spes Italiæ felicibus edita fatis
 Te nascente pater iactantior Abdua ripis
 Voluitur, Eridanus resonat maioribus undis .
 Insubria exiit tur nebulis, Alpina venient
 Culmina, vicinæ vibrant noua fulgura siluæ .
 Te nascente vagæ pallefcunt cornua Lunæ,
 Threicijsq. timent innecti vincla Tyrannis .
 Iam tremere Euphratem, magni tremere ostia Heli
 Visa ferunt, rapidis & fluctibus Hellepontum .
 Ipse ingens longe concusso Caucasus horret
 Vertice, constrictusq. metu glaciatur Imaus .
 Iure quidem, nam cur in mutua vulnera dextræ
 Christiadae vertere suas, seseq. cruentant?
 Ah quanto melius coniuncto fœdere iustum
 In bellum ruerent, & pulcro funere vitam
 Exuerent, tunc auspicijs melioribus irent
 Barbarico pia colla iugo subducere Reges .

BENEDICTI SOCIACI

*Ite p̄j Reges, concordia iungite tela,
Iungite, & Ionium consternite classibus æquor.
Tunc ego per medios crucis inuiolabile signum
Expediam Turcas, acuam victoribus iras
Insucribus, turmisq. animos pugnantibus addam,
Palantesq. sequar magnis clamoribus hostes
Impavidus, tunc captiuos numerabo tyrannos
Et cantu pugnæ, partosq. æquabo triumphos.
Me iuuet intereâ tantum mulcere nepotem
Carminibus, geminis quibus assonat *Addua ripis,*
Quæq. Briantæ referunt per eoncaua rupes.
Vos modò Cælicolæ puerum seruate recentem,
*Qui patriam spolijs oneret maturior annis.**



S A C C I
I N C E C I L I A M
P I E T A S.



*On ita me glacie conceptum alpina crecarunt
Saxa, nec Armenia fouere sub vberibus tigres,
Auribus ut duris lamenta auertere possim,
Et siccis lacrimas oculis, quæ lumine manant*

*SACCÆ tuo, gelido liquidum velut agmen aquatum
Vertice prærupti montis cadit, inq. propinquos
Currit agros vitam irrorans morientibus herbis.*

*Nimirum cara viduatus coniuge luges
Immodicus, quam mentita sub imagine somni
E thalamo auulsit crudelis Parca, nec iras
Extimuit, nec dura tuas audire querelas.*

*Inuidere tibi felicitis commoda vitæ
Fatorum leges, tu fata immitia damnas
Illacrimans, veluti primæque coniugis annis
Orbarint, nigrasque audes culpæ sorores
Præcipitasse colus, præruptaque litia clamas.*

*Nil gemitu tamen assiduo, fletuque mouentur.
Non si perdures insano tondere valles
Elysiæ questu, non si dequestibus Orphei
Tristior insanis incendas astra querelis.*

*Nam quem damnato carpsit de vertice crimen
Pollicibus seuis, nunquam Proserpina reddit.
Macte noua pietate gemis lectissime coniux,
Et thalami seruare doces, & fœdera lecti,*

Nec

BENEDICTI SOCIACI

*Nec tēdas alias, nec vincla iugalia queris .
 In te vnum Insubrides obuertunt lumina matres,
 Felicemq. vocant illam lugente marito .
 O benē concordēs animæ, vos lampade fausta
 Vnanimis sociarat himen, vos cuspide casta
 Castus amor, meliore Venus vos usserat igni .
 Illa quidem nodos alios, expertaq. tēdas
 Antē maritales, sed tanquā inuupta fuisset
 Dilexit te luce magis, te pectore toto
 Accepit, tecum Arctoo comes illa sub astro
 Hibernasq. niues, & pallida frigora Rhēni
 Durasset, tecum Libiæ sub Sole propinquo
 Aestiuas furias, & hiulcæ incendia terræ
 Leta pererrasset ; quod si qua pericla vocassent,
 Impauida genus omne manu voluisset in hostes
 Suggestere armorum, clypeumq. opponere fidum,
 Aerataq. caput galea munire mariti .
 Illa etiam aduerso venientia pectore tela
 Audax exciperet, tantus pro coninge pallor .
 Sed talem sociam thalami procul inuida fati
 Inuidia abripuit, tantumq. extinxit amorem .
 Qualiter hospitium Nympharum nobilis arbos
 Umbrosas effusa comas, incidua ferro
 Mox sæui furij impulsæ procacibus Enri
 Corruit, amisso crinali squallet honore,
 Nec meminit caput, æthereas nec brachia ad auras
 Tollere . circumstant Nymphæ, madidisq. iacentem
 Irrorant nequicquā oculis, nam reddere vitam
 Extinctæ soboli tellus mēstissima nescit .
 Quid nunc assiduo luctu tua cognita virtus
 SACCE madet, animosq. mares suspiria frangunt .*

Pone

*Pone supercilium, nimiasq. remitte querelas.
 Occidit aeterni sanguis Iouis, occidit Hector,
 Et quot mille rates vexere ad mœnia Troia.
 Intereunt lunæ, intereunt noctesq. diesq.,
 Interit omne genus, senio confecta fatiscit
 Machina terrarum. mortales ibimus omnes
 Quò nos fata vocant, nascentes cœta manet mors.*



Hac

BENEDICTI SOCIACI

Hac deducta tenens Silvarum silua mearum
 Silua vel exactum prelo damnata per annū,
 Puperibus folijs, nimys & opaca tenebris.
 Non ego ramorum frondator inania carpsi.

An mea luxuriam viridis depasceret aetas,
 Errantemq. suo cum vate licentiūs vmbra?
 Danda tamen venia est errorum, danda morarum
 Causa fuit, quī Bæoto ignorantior omni,
 Tardior Indiaca torpedine, tristior hydro
 Infelix excudit opus, passimq. reliquit
 Deformes visu facies, maioraq. monstra,
 Quam tulerat Lernæa palus. si crimine ficto
 Mentior, immissus siluas Vulcane per omnes
 Victor oues, nostrumq. voves quemcunq. laborem,
 Nec mihi mentito FEDERICI deprecor iras.



BENE-

BENEDICTI

S O C I A C I

'Ambrosiani Collegij Doctoris.'

OPVSCVLA

S A C R A .

H THEO

1000000

1000000

1000000

1000000

1000000

1000000

1000000



THE ONYMPHAE SPONSALIA.



*Vra potens cæli numen, superumq. voluptas,
Afflatu nunc aura tuo mihi suffice vires,
Nunc aperi, qui tantus amor descende-
re celo*

*Autorem rerum, regnatoremq. supremum:
Mortales haurire dies, haurire doloret
Impulerit. superisne adeo mortalia cura?
Dum tristes hominum casto sub pectore casus
Volueret, humanas animo miserata ruinas,
Certaq. fasudicum seruans presagia vatum
Virgo Deum superis nondum secedere regnis
Quò res afflictas, & regna labantia terra
Erigeret, nostrumq. genus super astra locaret;
Mæsta gemiscebat, varijsq. ægerrima curis
Ambrosæo tales spirabat ab ore querelas.*

*O qui terrarum genitor sub numine torques
Regna tuo, stellisq. ardentia templa gubernas:
Aspicias in quales properet collapsa ruinas
Gens tua, pro patrio complentur Tartara celo,
Ex quo iura poli, libertatemq. beatam
Rupit Auernalis fraus execranda tyranni.
Heu heu, quos gemitus terris serit improbus hostis?*

H 2 Quos

116 BENEDICTI SOCIACI

Quos mihi? dum tantas auerti cerno rapinas.
 Hæc promissa tuis sedes mortalibus? hæc nos
 Regna manent? placidum in melius deflectere numen
 Ne renuas genitor, saltem ne conscia labis
 Primaeva tantum, ne debita pignora celo,
 Siquis adhuc superat terris amor, obrue flammis.
 Tartareo caput omne iugo, genus omne sepultum
 Aeterna sub nocte iacet. tua dextera rursum
 Diluuium potius terras permisceat, & nos
 Fulminibus seuis, facibusq. armata trincis
 Effigies delere tuas tua dextera tendat,
 Quam tot dedecorum maculis, & turpibus aris
 Impia vis Erebi valeat submittere mentes.
 Talia sollicito voluebat pectore secum
 Virgineam tollens aciem, caeloq. tenebat
 Defixos oculos tantis exercita curis.
 Qualis odorato cum iam Titanius ales
 Aggere, & Assyrii cumulis assedit amomi.
 Arduus auricomas cristato e vertice pennas
 Excudit, & cupidam criniti ad lumina solis
 Intentans aciem radios proprioire lacessit
 Obtutu, dulcesq. auido trahit ore famillas.

Ilicet ad superos veluti leuis emicas ignis
 Exsilire preses, subito discedit inanis
 Seceßu dans aura locum, emensq. liquentes
 Aurarum campos ad præuia sidera tendunt.
 Sensit adesse polus, seuus mansuescere Maiores
 Visus, & infestas Saturnus ponere flammæ.
 At simul interpretis animi vox limite primo
 Constitit, & querulo compleuit murmure calum;
 Protinus insueti late increbescere motus,

Incens

Incensosq. animos subiit dolor, ægra malorum
 Tristitia irrepfit, super æ succurrere mentes
 Præcelerant terris, sedet hæc sententia cunctis!
 Qualis apes castigas amor, si mellis amatas
 Deseruere domos, diuersosq. agmine regnum
 Oblita, segnesq. operum posuere laborem:
 Attonitæ sese glomerant, fremit excita nubes
 Instaurare fauos, dulcesq. reuisere cellas.
 Non secus æthereos præceps corcordia fratres
 Aggregat, it concors densata per agmina murmur
 Auxili, pulchrumq. subit calcare superbos.
 Atq. aliquis, quem mens agitat mortalibus agris
 Aequior, humanis nunquam fata aspera rebus
 Immutare vices? nunquam mitescere pœnas?
 Nec stygio captiua iugo subducere colla?
 Instaurant clades furiarum monstra, piusq.
 Aeternum populantur anos. semperne tenebit
 Sceptra ferox, nostrisq. animas regno eximet hostis?
 Heu fraudum sæcunda nimis, sæcunda malorum
 Tartara præuertunt miseræ. tibi maxime rerum
 Terrarumq. sator tantas incessere clades
 Sedit? & æternis gentem damnare fauillis?
 Aspicias vè stantes flammæ turbine vultus
 Torqueat, vè diras pœnarum voluat habenas?
 Quas vomit ore faces? quanto premit omnia fastu?
 Nec tamen hunc frænare subit? satis impius orbem
 Contuderit furis, victriciq. hausserit ira.
 Ecquando dabitur penis modus? irane gliscet
 Insultare malis, fractasq. euertere gentes?
 Vt pecus accubitu tigris premit, utq. furorem
 Perfurit, armentum rabido dum gutture frangit;

118. BENEDICTI SOCIACI

Nulla quies iræ, rabies at sanguine multo
Insanit, saturaq. magis erudescit in ira.
Heu nullis exhausta annis. mollitaq. nunquam
Aspera fors hominum, quænam stat meta malorum?
Demisso detorsit Amor tum lumina vultu,
Dius amor, qui stagna maris, qui æquora terræ,
Qui superi conuexa proli, qui possidet auras.
Ille potest animare suo spiramine rupes,
Duritiem numquam suetas dediscere rupes:
Ille feras multo lymphari sanguine natas
Mulceat, & solitos iubeat desuescere mores:
Illius afflatu mortalis prodigus æui
Projiciat dulcem vitalis lucis amorem:
Ille ubi ter roseo spiravit lumen ab ore,
Oraq. ter circum cæli fastigia torsit,
Aequæum sic sede suum compellat ab alta.
Quas virgo dedit ore preces, quæ vota profudit?
Inter Idumæas VIRGO gratissima gentes.
Cui tantum decoris cessit, quæ lumine tanto.
Vescitur? haud melior nostro succedat olympo.
Ipse dedi vitale decus, tellure cadentem
Inferni cælo, soniq. potentibus auris.
Purpureum nos fronte decus, niueumq. pudoris
Lumen, & æthereos oculis afflauimus ignes.
Diui nos castæ procul aspice frontis honores,
Virgineosq. sinus; degit mortalibus oris,
Nulla sed hanc veteris tangunt vestigia culpæ.
Hæc & sidereis nobiscum digna sedere
Sedibus, æternoq. accingi lucis amictu
Septa cornuscanti diuinos aere vultus.

Statira

Matura quam mente fuit iuuenilibus annis ?
 Pubenti vix flore virens adoleuerat etas,
 Virgineos sacris animos cum destinat aris.
 Non secus ac campi vernantis gloria castos
 Angustans rosa prima sinus, si prouida agrestis
 Cura manus alie mutes commercia matris,
 Obuallata rubis, & tuto cespite nullos
 Vel morsus gregis errantes, vel inhorruit vngues
 Immites; roremq. animis spirantibus addis
 Aura recens, & dulcis eos indulget honores:
 Illa rubet, lateq. suos mouet aurea vultus.
 O quoties pressis orantem sidera palmis
 Conspxere procul, quoties producere soles
 Succiduo videre genu, & stupuere. precantem ?
 Vt castos fugit thalamos nomenq. virilis
 Connubiale tori, passamq. exhorruit aulam.
 Vix pater ad trepidę tersit lacrimantia nate
 Lumina, vixq. metus multo solamine mulsit.
 Quantus in attonitum trepida formidine pectus
 Horror ijt? quanto manarunt lumina luctu?
 Tantus amor nostri, tam fixa est cura pudoris.
 Tu modo tu propera, si te mortalia tangunt,
 Credere Virgineæ terris poscentibus aluo.
 Tum Pater omnipotens diuino hac pectore fudit
 Mortales satis infando Cocytius hostis
 Seruitio, nimiumq. sua caligine pressit,
 Sacrauitq. sibi fœdas, prob dedecus, aras.
 Non ita. namq. etsi nos ante nocentibus oris
 Terrarum, populisq. oculos auertimus olim,
 Mortalesq. diu nostro caruere sereno.
 Ignouisse tamen quondam mortalibus agris,

Et cælo reuocasse iuuet, quibus ætheris vltro
 Gaudia promissi desolatofq. penates
 Alituum, quibus eiecta cecidere oaterua,
 Exilioq. data tenebris voluntur in imis.
 Hæc genitor, natumq. oculos conuertit in vnum.
 Nate patris virtus, cuius mihi dulcis imago
 Profiliuit, Sol ante suam quam lampada mundo
 Exereret, rerumq. tener concrefceres ordo.
 Te penes humanam letho subducere gentem,
 Infernaſq. domos, & regna recludere Ditis.
 Tu faciem humanam poſita dignare parumper
 Maieſtate tua, mortaleſq. indue vultus.
 Te caſto accipiet gremio caſtiſſima virgo,
 Et ſine labe vlla vitales edet in auræ.
 Sic cæli monſtrabis iter, ſic deniq. falles
 Inſidias Erebi culpaſq. monſtra domabis,
 Omne nefas mortale lues data victima letho.
 Dixerat, & factò tranquilluſ fine quæcui.
 Hic ille inſuetis ſuccendens ora ſauilæ,
 Ora, quibus mulcet rixantes æthere ventos:
 Talibus incæpit dictis, ac mitior inſit.
 Vt te ſuſpenſa nunc aure reuolueret talem
 Hauſimus, vtq. ingens laudum percuſſit imago.
 Quippe animo talem nobis præſcripſimus ipſi,
 Ante relubentes quam cælo affigeret ignes,
 Noſtraq. procuſſos quam vox ſuſpenderet orbes.
 Aſpicis vt cælo fixam ſtiparit honeſtus
 Et pudor, & tacito demiffa modeſtia vultu.
 Quin vbi tot precibus ſuperum conuexa fatigat
 Nos in vota vocans, tantos ſubmittere faſces,

Virgi-

Virgineisq. iuuat meme committere claustris .
 Nec mora siderea certum de sede ministrum
 Accelero iussum casto succedere lecto .
 Qui simul illustres auro diffuderit alas
 Purpureumq. comæ diuino è vertice odorem
 Spirarit numen manifesta luce professus ,
 Canaq. nubifuga prætendens lilia dextra ;
 Expromet tales leto de pectore voces .
 O quam Rex superum tanto cumulauit honore ;
 Rex qui torquet agens labentia sidera mundo .
 Ecce suo fert ante alias te numine matres ,
 Et facit intactam mira cum prole parentem :
 Talia voluenti quantus tremor implicet artus ?
 Quisue per ora color? qualis cum stella coruscis
 Scintillans radijs, flammarumq. agmine longo
 Præcipitauit iter iuxta si Virginis ora
 Aut pede signantis flores , aut vngue legentis
 Improvisa ruit, vultu, obtutuq. silenti
 Horreat, & florum capita intercisa relinquat .
 Sed simul accipiet nostram certissima mentem
 Annuet, & vero firmabimus omine partum .
 At ubi laxati surgentia viscera soles
 Primaq. fecundam diuini numinis æstas
 Viderit, ex templo superum comitante caterua
 Saxosas molita vias , emensaq. siluas
 Iam procuruatam sexti sub pondere mensis
 Viset anum , teneroq. gradu per opaca locorum
 Præcelerabit iter, suspensaq. rupibus altis
 Adpctet optato cognata mapalia visu .
 Occurreret tremebunda genu , senioq. moratos
 Præcipitans artus tantis anus excita rebus .

Quam

Quam crebra attollet complexa senilibus vlnis
 Reginam, stirpisq. canat decora alta futurae?
 An ubi bis gravidum Phabe compleuerit orbem
 Per caecos aditus, & precipites anfractus
 Auia rura legens sepea inter ouilia, & inter
 Stramina me pariet spolijs mortalibus aptum.
 Humanas stat ferre vices, & frigora membris
 Ducere, & indignos in terris voluere casus.
 Quis tibi dulcis Amor læto sub pectore sensus?
 Quantus homo oculis, quantus decor additus ori?
 Cum vel sponte sua genitori æquale videres
 Exarsisse caput totoq. absistere vultu
 Illustres radios, scintillantesq. fauillas.
 Qualis virgineo rubor igneus emicat ostro,
 Illusumq. pererrat ebur, vel qualis in auro
 Apparet facies, multa cum incude politum
 Artificis manus insignit Gangeide gemma.
 Talem sidereo speciem vibrabat ab ore
 Dius Amor, talesq. dabat de pectore voces.

Nunc quoniam indigna tete caligine cinctum
 Fert animus similes mortali admittere visus,
 En series præuisa tuorum exacta laborum
 Munera, venturis opus admirabile rebus.
 Arcanis est palla notis, operumq. figuris
 Insignita tibi, genus illic omne futurae
 Præuideas vitæ, rerum argumenta tuarum.
 Dixit & ignotum superis exponit amictum,
 Corporeum, angustum, non enarrabile textum.
 Pauperies hic dura riget, hic luctus, & algor,
 Et dolor egrescunt, volitans suspiria circum.
 Cernere erat puras liba immortalia fruges

Prælibare

Prælibare Deum, laticesq. sacrare capaci
 Commissos pateræ, lymphæq. recentis hcnorem .
 Compositos mensæ socios libamina Diuum
 Carpere iussa putes, purosq. haurere liquores,
 Pro veterum tauris, veterum pro pinguibus extis.
 At præceps furijs, atq. auri cæcus amore
 Nunc animo, nunc ore dolos voluebat Iudas
 Perfidus, aspiceres medium suspiria ab alto
 Corde ciere Deum, capitisq. nocentis iniquos
 Præsensisse dolos, nec non prædicere cunctis
 Funestos obitus, cædemq. instare nefandam.
 Illi inter sese subita formidine vultus
 Vertere turbatos, tum lethi præscijs Heros
 Hortari alternos, mentemq. accendere dictis.
 Nec procul hinc Petrum miranda in sorte videres
 Multa recusantem, refugos dum feruidus instat
 Permulcere pedes, & nudis accubat vlnis
 Accuruus, tepidoq. humectat flumine plantas .
 Haud procul indignos versabat pectore casus,
 Indignosq. obitus: genitorem natus adibat
 Omnia mortali similis, vocemq. animumq.
 Et trepidos artus, tincta & palloribus ora.
 Plurimus è tristi prorumpens pectore sudor
 Ibat, & aspersi vorabant sanguine vepres .
 Ecce autem patrio iuuenis demissus Olympo
 Mulcebat curas, & tristia corda leuabat
 Sanguineos madido siccans è corpore rores .
 Parte alia Iudas oculis mentitus amorem,
 Proh scelus, insidijs prætendit nomen amici :
 Oscula periuro delibat perfidus ore ,
 Oscula sidereum Solymis prodentia Regem .

Petrus

Petrus at infestor nudo ense ruebat in hostes .
 Illum indignanti similem, similemque minanti
 Aspiceres, vetitum auderet quod stringere ferrum .
 Vna omnes ruere , atque omnes ardentibus armis
 Collucere vias , ferri stridoribus omnis
 Mons resonat circum, clamorumque ingruit horror .
 Corripiunt, in vincula petunt, atque irevolentem
 Sponte trahunt ; cæcis credas inuadere turrim
 Insidijs, captamque euertere funditus urbem ,
 Tanta mole viri caput vnum ad mania rapiant .
 Stupea lora manu, ferroque sonantia vincla
 Certatim collo incutiunt & inermia nudis
 Brachia committunt humeris, rapiuntque , ruuntque
 Saxa per , & valles heu magno turbine ad urbis
 Culmina, lapsantemque nimis immitibus vrgent .
 Præcipites per saxa metu, per opaca ruebant
 Auiæ diuersi comites, siluasque tenebant .
 Ipse videbatur cæca formidine pressus ,
 Dissimulare Deum, cunctasque horrescere voces
 Petrus inerransi lustrans vasta atria passu .
 Periuri monitrix signum dabat ore volucris .
 Olli canities menti, demissaque vestis
 Scinditur, usque adeo duris dolor ossibus ardet .
 Ab miser, ab malefanus iniquas increpat umbras,
 Increpat, & passim scopulosis uoluitur antris
 Multa gemens, vellitque e cano vertice crinem .
 Nescius at sceleris celsa ad prætoria Diuus
 Sistitur, & cæli sese de stirpe fatetur .
 In caput, in multo perfusas lumine malæ
 Insanire manum, iam iamque intendere vulnus
 Aggemes, dum palma graues geminatur in ictus .

Aliceo

Illicet incensi furijſ abſumere letho
 Immeritum Solymæ tendunt, ſupremaq. poſcunt
 Supplicia inſenſi, reſonat clamoribus æther.
 Nec non marmoreꝝ mandantem terga columinꝝ
 Fecerat horrendo virgarum verbere cædi.
 Vulnificos ſtringit certatim in vulnera faſces
 Sæua cohors, niueoſq. furens crudeſcit in artus.
 Inferius multo fumabat ſanguine ſectum
 Corpus, & vndanti ſpumabant marmora tabo.
 Parte alia intextus ſtellanti Pontius auro
 Abſtergit manibus maculas, inuergitur vnda
 Irroratq. manus argento argenteus humor.
 At Solymæ indigna damnatum morte ſuperbos
 Ante fores ſtatueret, caputq. hæſtilibus vrgens
 Hirſutis, vepres tranſoſſis oſſibus hærent,
 Eq. terebrato prorumpit vertice ſanguis.
 Nec mora, nec requies varijs aſſultibus inſtant.
 Hic aurum crinale manu, mentiq. iuuentam
 Deſtruit, ille caput palmis, vel arundine pulſas
 Improbus, alterno quatiuntur tempora ſiſtu.
 Iam Deus extrema clamydis fatalis in ora
 Ibat, ſemineceſq. artus per ſaxa trahebat
 Multa tremens, humeroſq. inſano robore preſſus.
 Deſuper aduerſæ dorſo mons incubat urbis
 Mons circum ſpirat ſaniem, & pendentibus horreo
 Corporibus, lateq. inhumatis oſſibus albet.
 Haſ inter rerum ſpecies ſurgebat imago
 Arboris, armatorum acies, cuneataq. iuxta
 Agmina, iam ſublime iugum radiantibus armis
 Fulgurat, & medijs ardent in nubibus hæſta.
 In medio ualidos funes, clauoſq. trabales

Cernere

Cernere erat, furüsq; infandam ignescere turbam;
 Perforat ille trahem cuneis, hi brachia acuto
 Infodiunt ferro. & crudeles ictibus ictus
 Irgerinant, figuntq; pedes, diuersaq; trunco
 Brachia; vix corpus laceris compagibus hæret.
 Mons resonat, gemit insanis stridoribus arbos.
 Ilicet incubuere omnes, manibusq; cruentis
 Nudum sidereos humeros, latera aurea nudum
 Pendentem tradibus, & cuncta extrema ferentem
 Certatim annexi cæli erexere sub auras.
 Arborea de mole putes stillare cruorem
 Diuinum, & largo saturari sanguine cautes.
 Iam fessos oculos, atq; ora natantia leto
 Ponebat moriens, animamq; efflabat in auras.
 Pectoris insontis latebras aperibat acuta
 Cuspis, & hauribat tepido cum sanguine rores,
 Tum Sol conspecto pallebat funere Regis,
 Infectosq; tenens mæsta caligine vultus
 Auertebat iter, laxasq; præmebat habenas
 Obluctatus equis, terris nox atra ruebat.
 In lacrimas facies astrorum, & pluribus æther
 Ibat, & abruptis stridebant ignibus axes.
 Nec minus infelix succusso corpore tellus
 Intremere, & cæco concurrere turbine venti,
 Imperiumq; maris totis euertere arenis.
 Collisi lapides, disiecti in fragmina montes
 Signa dabant, & saxa modis lugentia miris.
 Aspiceres animas ruptis prodire sepulchris,
 Et passim volitare caua sub imagine manes:
 Aspiceres tanto defunctam funere regem
 Tartareos postes, & caligantia claustra

Rumpen

Rumpentem, longèq. immania monstra fugantem.
 Ipse trahabatur per regna nigrantia Pluson
 Edomitus, nodisq. manus euinctus ahenis.
 Dixit triumphato mærebat turba tyranno.
 Ille pedem referens, (poliisq. indutus opimis
 Quadriungas vrgebat equos, & victor agebat
 Heroum cuneos, & ouantes murmure turmas
 Velatas lauro, victricia signa ferentes.
 Vndiq. militia caelesti semita feruet,
 Occursantq. poli ciues, fremit vndiq. sudum.
 Agnoscunt dominum nubes, vestigia lambunt
 Submissæ pedibus, lateri agglomerantur herili.
 Astra per æthereos exultant obuia campos,
 Et gauisa leues exercet luna choreas,
 Auratæq. fores, & gemmea tecta patefcunt.
 Talia per clamydem diuini munus Amoris
 Pittæ videt multa latatus imagine rerum,
 Virgineoq. sinu mortales induit artus,
 Et properat nostri generis sarcire ruinas.

IN

I N D I V V M S T E P H A N V M :



*Mmeritos obitus, Diuinq; Heroa profanis
Oppugnatum odijs, Solymasq. exponere diras
Mens agitat: cum siderei post funera regis
Obrutus insano saxorum turbine princeps*

*Occidit, & iuxta totis radicibus Hermus:
Horruit ingenti montem consurgere acervo,
Impiaq. irrubiat prænæuo sanguine tellus
Sacraui iuuenis; teneri qui prodigus æui
Purpurea meruit crinem insignire corona,
Viltricemq. manus animosa præmia, palmam.
Vos præcor Aethereæ mentes, & conscia rerum
Numina, uos tanti causas euoluite letbi.*

*Tuq. adeo superi longè pars magna Senatus
Diue potens, qui stelligeri super atria celi
Purpureas ducens acies stiparis ouanti
Agmine calicolum, & supra stas uertice toto,
Huc ades, & tantas ordiri in funera laudes
Ab sine, meq. suis meditantem accingere factis.
Persequar hæc forsitan melior, si numina magnos
Inspirent animos, magnamq. in carmina mentem;
Tu tamen interea pauidis allabere captis.*

*Vrbs quondam fuerat, Iudææ regia gentis,
Seditione potens: Solymam dixere priores:
Qua se latifluo per saxa sonantia uoluit
Gurgite Iordanes, Libanus qua condit in auras
Cedrisferum caput, & palmis densissima Idume?
Eminus aduersas aspectat desuper arces;*

Flans

Hanc Deus omnipotens alijs longe omnibus manibus
 Prætuleraſt, famaſq. ſuis æquauerat aſtris.
 Huic etenim medium dans ire impune per æquor
 Marmoreum conſtrauiſit iter, pelagusq. profundum
 Emenſos pedibus caeſtū munere pauit.
 Huic haurire dedit latices de caute recuſſa,
 Elicitos, dum terra ſitu ſqualleret hiulco,
 Horridaq. arentes coqueret ſitis vndiq. campos.
 Quin homines propter patrijs delapſus ab oris
 Non aliud luſtrare ſolum dignatus, & ægros
 Peſtibus innumeris, ac multa morte leuauit.
 Aegreſcens ſed enim tanto ſurgentis honori,
 Inuidiaſq. furens ſtimulis, cæcoſq. furore
 Proh ſcelus informi mulſtauit funere regem
 Calicolum regem, terræq. mariſq. potentem.
 Impia nec dum etiam ſatiarat peſtora cædes
 Eſſera, nec memores iræ, veteresq. dolores
 Exciderant animis: hærebant mentibus altis
 Mutati ritus, vetitiq. iniuria templi,
 Orgia quod tulerat diuerſa, quod inde litari
 Noluerat pecudum fibris, & pinguibus extis.
 His accenſa ſuper ſtudijs noua ſacra ſequentes
 Mænibus arcebat ſaxis, ferroq. petebat.
 Quos inter ſocios Stephanus ſe primus agebat
 Multa loquens, multoq. Deum ſic ore canebat;
 Quò poſſet calido mercari ſanguine cælum.
 Non pudet ò ſemper cæcos, & nube grauatos
 Lumina ſidere & nebulas offundere luci?
 Nec mens dura poteſt odijs deſueſcere iniquis?
 Nec vatiū monumenta mouent? quid abena precando
 Flectere corda paro? ſuperi ſi funera regis

130 BENEDICTI SOCIACI

Prædixere patres, letho qui peruius omni
 Offerret pro gente caput, casusq. subiret
 Infandos, patrias vobis quò flecteret iras .
 Quid si non tantis impleisset littora circum ,
 Littora. & arrectas factis florentibus vrbes ?
 Et tardatis adhuc commissam horrescere cædem ?
 Ipse pius genitor vultus auertit, & atro
 Desuper inuoluit correptas turbine terras ,
 Horrídaq. irata contorsit fulmina dextra .
 Quin etiã currus sol illacrimantibus aëstris
 Auertit fugiens , tantumq. expalluit ipsa
 Terra nefas, cum lucti sono sola mota tumultu
 Contremuere, timensq. iugo trepidauit Idume .
 Nec vobis trepidat sceleris mens conscia tanti ?
 Heu duras hominum mentes, heu nescia flecti
 Pectora: dira gemunt autoris funera cautes ,
 Et vobis mens durat adhuc sic aspera? tandem
 Ah tandem posico mollescant corda rigore ,
 Ah tandem sacris alacres assuescite nostris .

Protinus immanes flammeſcit vulgus in iras ,
 Sæua recrudescunt memori sub pectore cunctis
 Vulnera: turbati mussant, rabieq. ferina
 Expleti nondum iuuenem dimittere morti
 Designant animis, multo cum sanguine penas
 Exposcunt, cædemq. fremunt . ceu turba luporum
 Quos vna impastos ouium modo sanguine pauit :
 Tum si maternos obitus, & conscia cædis
 Conspiciunt teneram balare per auia prolem,
 Exululant cæco stimulati verberare caudæ
 Irritantq. suum, tepidos dum cæde recenti
 Allambunt rictus : prædæ lupus inicit omnis

Spe

Spe super accumbit, speq. improbus ora cruentat.

*At Stephanus monitis animos ignescere vulgi
Dum videt, ætheream lethi spe præcipit aulam,
Immotusq. omni mortem molitur ab ira*

Talibus inflammans ardentia pectora curis.

*Quis patris ætherei mussas gens cæca fateri
Progeniem? quæ prompta neci sese obtulit vltro,
Quo genus humanum stigijis educeret vmbri.
Rumpe moras, animiq. trucem compeſce furorem.*

*Tene coruscantis flammæ abscondere celi
Poſſe putas? solemq. ipsum, qui lumine fraudes
Noctis, & auricoma nebulas face diſpulit omnes.*

*Si iam diuinum potuiſti extinguerè Numen
Cruclis, tamen erupit radiantibus auris
Lampas, & æterna floreſcet viuida flamma.*

*Talia perſtabat memorans. vis ignea cunctis
Gliſcit, & vndantes ardens furor aggerat iras
Pabula dira: furit penitus dolor offibus intus
Intus agit cæcos, totiſq. nigerrima peſtis
Viſceribus ſerpens præcordia ad intima ſæuit.*

*Tum vero erupit, ſcintillauere minaci
Igne genæ, fremuitq. horrendo murmure vulgus.*

*Qualis ſulperum poſcens duce fomite nitrum
Clauſa cauo ſine more furit ſi flamma metallo;*

*Moliturq. fugam, libertatemq. repoſcens
Ingemit anguſto claudi indignatus ab ære*

Spiritus, & tenui luçtatur rumpere ab ore:

*Sed ceptæ via nulla fugæ, non exitus vllus;
Igne quoad fuſo molem non hauſerit omnem.*

*Turbine tum piceo glans acta erumpit, & ingens
It cælo crepitus: concuſſæ fulmine iuſtes*

133 **BENEDICTI SOCIACI**

Procubere, iacent stratis procul arma cateruis.
 Haud secus instantem monitis melioribus illi
 Deturbant tumulo, trepidantq. extrudere muris.
 Accurrunt proceres, nec non ignobile vulgus,
 Quod vocat ira, ruit: iuuenem nil tale merentem
 Hi manibus pressant avidis, hi vincula collo
 Incutiunt; vinctum huc, illuc per compita ducunt.
 Nec mora, nec requies pugnis immitibus omnes
 Inualidum tundunt, atq. extra mœnia raptant,
 Fœdaq. vexanas acuunt in iurgia linguas.

Hæc Deus omnipotens, nutu qui sidera flectis,
 Hæc adeon lentus cernis? nec soluis in undas,
 Nec tonitru calum omne cies? undosaq. terris
 Aequora diluuiò misces? ecquando coruscum
 Torquebis fulmen, si nunc innubilus æther?
 Terrificis fumet tellus tam noxia flammis,
 Vt noscat cælo gratum caput, utq. nefandis.
 Addiscat linguis, & iniquis parcere saxis.

Ille tamen flecti, durosq. horrescere casus
 Nescia membra gerit; constanti pectore perstas
 Immotus, turpiq. metu impenetrabilis hæret.
 Ac velut insanis rupes exercita ventis,
 In medio assurgens pelago firmissima rupes:
 Verbere quam crebro latrantes cominus undæ
 Infestant, subterq. fremens immurmurat equor:
 Illudit pelagi furias, & plena minarum
 Agmina ventorum, scopulisq. audacibus hæret.

At magis, atq. magis cæcæ violentia gentis
 Exsuperat, studiisq. simul per mœnia pubes
 Excita discurret varijs, iam vulgus inundat,
 Iam sola concursu præruent, spissiq. tumultu

Intre-

Intrepidum sese certatim hortantur in hostem .
 Tum vero. roseos impune lacescere vultus
 Quemq. iuuat, proceres pariter, turbæq. sequuntur
 Infamare manus, totumq. in vulnera corpus
 Designant oculis, auulsos vertice crines
 Liminibus seruant, patrûsq. affigere templis .
 Ipsi primores sacraus vestibus almos
 Diripiunt artus, & terga micantia nudant .
 Ilicet absiliunt radij, dulcesq. pererrant
 Terga faces, & luce oculos perstringit oborta
 Immortale iubar membris iuuenilibus ardens .
 Obstupuere animi lucentia membra, nouoq.
 Suffusas splendore genas, mollisq. cucurris
 Dura per ossa dolor; tacitis tum nutibus in se
 Ora tenent: lux tanta oculis, & fulgor inerrat.
 Mox auidè cecidere manus, compressus & ingens
 Impetus, ac vultus sensim posuere minaces .

Interea Stephanus superas necis immemor aras
 Suspicit, ac dulces voluit sub pectore curas
 Arduus obtutu: Stellis florentia Diuum
 Atria mente subit, diuinosaq; ordine longo
 Depascens superum vultus bipatentibus arcibus
 Siderea portis undantem lumine vidit
 Apparere Deum, densosq; in turbine lucis
 Omnia lustrantem radijs, terrasq. tegentem .
 Tum velut excussus somno circumspicit omnes,
 Et circumfusos acris sic voce coerces .

Ecce mihi toto discedens cardine calum
 Apparet, video populos felicitis Olympi
 Densatasq; acies, quæ circum mania, circum
 Aethera lumantur, soliumq; insigne coronant .

*Aeternum solium, melius Pater vnde ministras
 Tempora; vos ne etiam ceruices flectere duras
 Indociles non insanas frænabitis iras?
 Iam mihi centum acies submittat, & agmina centum,
 Quae cælo glomerata ruant, inopinaq. ferro
 Colla metant toto spargentes æquore cædes.
 Tu tamen indignas nostro pro crimine penas
 Si Deus hausisti, pulchræne occumbere morti
 Me pigeat? mene optato succedere cælo?
 Nec inuet eterna lethum pro luce pacisci?
 Est hic, est animus, vitæ qui noscet amatum
 Proiecisse diem, testisq. inhiare beatis.*

*Tum vero inuenem saxorum funere acerbo
 Multari fas esse putant, hi rapta minaces
 Expediunt in saxa manus, alternaq. latis
 Brachia protendunt humeris, hic ponit amictum
 Improbus, hic vacuas diuerberat ictibus auras.*

*Tu quoq. fulmineo densata per agmina passu
 Ab nimis insano percussus turbine mentis
 Cædem Saule fremis: pudet heu, pudet ecce trimorem
 Audaces nescire manus, ceu lubricus alta
 Cum serpens erepsit humo, vernoq. solutum
 Sole caput tepidas Zephyris exerat in auras:
 Squammea terga recens, nitidusq. virentibus annis
 Conuoluit, linguisq. minax vibrat ora trifulcis.
 Veh quibus irrepet terris, quibus igneus herbis
 Irruet; heu quantas portabunt sibila mortes?
 Talia terribili spirabat funera vultu,
 Et Stephani vestes seruabat lumine fido
 Saulus acerba tuens, facie quo pulchrior alter
 Aurea primæna non induit ora inuenta,*

Pube-

Puberibusq. animos tales non gessit in armis.
 Scilicet in medio rixarum puluere gaudet
 Trux puer, & varijs acuit rumoribus iras.
 Saxa cito properate viri, quid statis? an exlex
 Vos pietate mouet, rapite arma, incumbite in hostem.
 Cur turpent segnes animi? noua sacra sequenti
 Maturate necem. nobis ne illudet inultis
 Improbus? hanc pestem validis absumite saxis,
 Si patriæ vos tangit amor, si cura remordet.
 Dixerat, & poscens ingentia fragmina montis
 Aduolat, horrissono cuncti clamore sequuntur.
 Saxa fremunt, saxa ira vocat, simul itur in omnes
 Congestus lapidum; scopulum de rupe fragosum
 Ille ruit, vastaq. trahit cum mole ruinam;
 Ille quoq. abscissis offendens cautibus vneas
 Periuro fouet ore manus, hic armat iniquo.
 Terga iugo magnam meditans in tempora cladem:
 His cesses, his tela sudas. furor yndiq. cæcas
 Præcipitat mentes, passim furor arma ministrat
 Impia, & auulsis minuuntur membra saxis.

Interea Stephanus turbæ miserescere, & equis
 Aspectare oculis correptum turbine Saulum.
 Quas inter curas cæli videt ecce per auras
 Nubinagos celerare gradus, & præpete ferri
 Remigio alarum iuuenem; cui plurima collo
 Casaries ibat fuluo rutilantior auro,
 Electroq. aspersa. nouos spirabat odores.
 At grauida Eois opibus, stellataq. multa
 Iaspide pendebat sinuato firmate lena
 Ex humero: saturas auro, gemmisq. crepantes
 Purpureosq. sinus mordebat fibula super

136 BENEDICTI SOCIACI

*Ilia, & intexto fulgebat balteus auro .
Et iam lacteolos humeros, plumamq; sonantem
Alternabat agens, cum dictis obuius heros .*

*Magne, aut, alipotens quis te mihi nubibus actum
Demisit? nec enim certo sine numine credo
Dexter ades, sed tu nebulis mihi pande relectis
Stelligera qua causa plaga tam præpete penna
Abstulit, & nostris subitum te detulit oris .*

*Cui superum interpret, qua lux ò debita celo
Nunc maiora feram? proh qua indulgentia regis
Siderei? proh quantia tuo stat gloria letho?
Ille, vides, qui multa fremens, qui funera, cædes
Spirat hians, sævitq; animis iuuenilibus, ut te
Saxis turba petat; furias componet, & ultro
Induet egregiam discusso turbine mentem .
Namq; improvisus cali de vertice vocem
Audiet, horrendam vocem, qua pulsa repente
Ex oculis tennes ibit caligo per auras .
Ilicet immensum vulgabit sacra per orbem
Iam melior, spargetq; nouæ pia semina lucis
Aureus, ò quantum Saulo mutatus ab isto,
Qui nunc excidium calo, superisq; minatur .
Hoc duce religio meliores induet aras,
Et tanto surgens sese iactabit alumno .
Utq; Dei statuatur leges, discrimina vitæ
Inuadet, mortesq; ibit sine more per omnes .
Cernere erit dira telorum nube sepultum
Ingentes efferre animos, & mente superba
Moles ire supra. & plagis gaudere pudendis;
Tanta tua dabitur merces, & gratia morti .
Deniq; perpeßu non mollia plurima passus*

Romulea

Romule caput excindi obiectabit in vrbe:
 Tuq; ò Tibri pater tanto voluentibus annis
 Ter felix tumulo, spolijsq; elatus opimis
 Diuino centum statues templa aurea trunco,
 Centum aras, Diuumq; suo cumulabis honore.

Hæc vbi dicta dedit, rapidis incognitus alis
 Emicat ad superos. tum turbine mentis adacta
 Irruit, & diram rotat effera turba ruinam;
 Iam iuga compressis manibus prærupta coruscant
 Præcipiti lymphata gradu; velut vnica rebus
 Spes foret afflictis caput vnum dedere morti.
 Vndiq; concurrunt, quoniam data copia cædis,
 Et data libertas odijs, laxataq; frenis
 Ira ruit: stygio credas emissa Baratro
 Agmina Divarum toto decurrere campo.
 Horruit aspectu celum, Phæbusq; serenam
 Territus abduxit faciem, tristesq; repente
 Auertere oculos sceleratis sidera terris.
 Aspera torquetur pestis, volat æthere toto
 Exitium dirum ira ferens; tum perstrepat imber
 Saxeus ex alto, collisq; faxa reclamant.
 Nec mora; nec requies: lapidum globus ecce volutus
 Ingruit, & iuuenem super incidit, altaq; duro
 Tempora percrepitent nimbo: quatit horrida nudos
 Vndiq; respestas artus. sic quando cadenti
 Pleiade, & armato deseuit Orione celum;
 Contundunt crebri celsa Acroceraunia nimbi;
 Sic & tristis hiems crepitanti grandine frangit
 Brachia silmarum, tum debacchantibus Euris
 Iuppiter inglomerat nubes, atq; æthera frangit.
 Ille sed inuictis animis, & robore mentis

Perstat

Perstat adhuc, nineam quamuis fera marmora frontem
 Inscribe penitus, roseosq. illisa per artus
 Fragma vernantes vultus populentur honores.
 Non secus, in validam fracto cum carcere quer cum
 Incubere truces, ventorum bella, procella:
 Ingemit horrendum quassata furentibus Austris
 Arbor, & immanis frondentia brachia grando
 Verberat intonsam, prædata è vertice pubem.
 Tum si ludibrium, siluæ, atq. ingloria mater
 Sperat veris opes, totis ridacibus audax
 Venti ignominias perfert, inimicaq. tela.

Quo Solyma infelix, & detestanda perenni

Amorum serie, quo fati cæca futuri

Perfuris, & seras irritas vndiq. penas?

Quæ, præcor, iratum, quæ tanta obliuia calum
 Pacabunt? stant digna tuis, stant præmia factis.

Tempus erit solyma, multo cum optaueris auro

Hoc caput in tactum, belloq. absumpta furor

Oderis infandos, video arma inimica labantes

Demoliri arces, fundoq. euertere regnum.

Tunc hostes loca vasta dabunt, tunc vindice flamma.

Vrbs extincta cadet, & erit sine nomine tellus.

Iam tandem assiduus Stephanus vix sufficit ager.

Etibus, heu roseos pluuia horrida contudit artus

Sanguineos lacerans humeros, passimq; cruentum

Pectus hiare vides, in honestaq. vulnera membris,

Purpureoq. tepent rorantia saxa cruore,

Disiectiq. cadunt vultus, & membra fatiscunt.

Apparent latebræ, toto quæ corpore largum

Flumen agunt, penitusq. effractis ossibus alto

Liquitur vnda specu, & late loca sanguine fumant.

*Et tumulauit adhuc spirantem saxa moles .
Tum montes ipsi miserescere dira videntes ,
Turbatis gemitus fluuijs erumpere , & atris
Murmura mæsta vadis , tum lamentabile tristes
Exululare lacus , cedri lacrimare comantes .*

*At iuueni superum versanti gaudia secum
Soluitur in dulcem liquefactum pectus amorem .
Heu quam terribilem miseris horrescere mortem
Cæli nescit amor , quamq. aspera vulnere sanat .
Prata per & bifera vernantia compita Pasti ,
Perq. corymbiferos colles , nemorosaq. Tempe
Dispergi florum placida sibi nube videtur
Desuper , & grato perfundi nectaris imbre .
Hic tandem tollens oculos iam morte natantes
Nititur in cælum , funditq. nouissima verba .*

*Vltricem ne tende manum , ne cælicolum Rex
Quæso odijs dignare homines . quonam vsq. nocentum
In penas traheris ? si vis incessere penis
Mortales , meritaq. omnes spectentur ab ira .
Nimirum debes à stirpe reuellerè totum
Exitiale genus , miseraq. euertere terras .
Quin potius delubra ruant , mentitaq. vanum
Ara Iouem , illa tua iam pridem dignior ira .
Quare age summe Pater pereant de pectore fontes
Iudei , pereat capitis iniuria nostri ,
Siqua huius superat merces , & gratia lethi .
Hic sessum tandem posuit caput , inq. cruentos
Procubuit silices , animamq. efflauit in auras .*

AVGV



AUGUSTINVS CONVERSVS.

N fractos animos, expugnatumq; potentis
 Doctorem canimus Lybiæ; cum nescia flecti
 Pectora submittens Victori deniq; Olympo
 Cessit, & antiqui noctem damnauit Auerni:
 Vnde dedit plausum tellus, & conscia cæli
 Sidera, & insanis Acheron ululauit ab vndis.

Tu tanti custos capitis, fidissime tanti
 Supator lateris, quem Rex hominumq; Deumq;
 Destinat in stygias non eluctabile pestes
 Præsidium; mihi tu memora, præcordia quidnam
 Ferrea perculerit, quid nam intractabile pectus
 Flexerit, obstructasq; Deo reserauerit aures:
 Tantane tam spretos habet indulgentia Diuos?

Soluerat Aurelius patrio de littore præceps
 Carbasa molitus querulq; lamenta parentis
 Veliuola vitare fuga, multoq; potentum
 Insubrum accitu nostram peruenerat Urbem
 Eloquio complere forum, iuuenesq; disertos
 Fingere; sed doctæ malesana potentia linguæ,
 Cæcaq; degeneres vrebant pectora curæ.
 Illum indulgentem tenebris ventosa fatigat

Gloria,

*Gloria, nam vigilat crebris scelerare beatos
 Criminibus, cælumq; omnes inimicat in iras
 Usque adeo Manichæus habet præcordia fontis.
 At fluctus emensa parens immane furentem
 Corripere, & monitis implere minacibus aures.
 Quippe mali facies venturi, & multa recursat
 Ira Dei, vigilant curæ, nil crebra gementem
 Vota iuuant, nunquam faciles irrepere somni,
 Non haustus sermone dolor: nox addita curas
 Ingeminat, trepidant somni, natumq; profanum
 Extingunt; nam visa nigrum per inane nocenti
 Crine trahi, & sævis flammæ mersa fauillis
 Exturbare oculos culpæ prolis imago.
 Ilicet effugere animi, seq. horruit amens
 Agmina flammæ, & Vulcania regna tuentem,
 Ac tandem gemitus dolor edidit interclusos.
 Hunc ego te genitrix, te cælo impune minantem,
 Calcantem superos, & detestanda canentem
 Aspicio? talin placuit succumbere culpæ?
 Nec nostræ valere preces, ne crimina velles
 Talia, ne seras stimulares ætheris iras.
 Heu quantus sine laude iaces? quo verticis aurum?
 Tranquilliq; abierè oculi, quo frontis honores,
 Et suffusa genis lux illa decentior ostro?
 Quis furor Aureli, quæ tanta insania mentem
 Impulit, vt nostris durares improbe dictis?
 Marmoreæ ne super stabans præcordia cautes?
 Heu quam crudeles insultant vndiq; flamme,
 Cui nuper capita illa patrum, cui docta iuuentus
 Sepierat latus, & bibulas arrexerat aures.
 Sic regnas vndante foro? tu nobile quondam*

PENO-

Tenorum, patri.æq. Deus? quo fama recessit?
 Hiccine partus honos? facunda hæc præmia lingua?
 Quo Tyrios liqui infelix, quo fessa procellis
 Euasi pelagi furias, quo flebilis hausit
 Immensum telluris iter? si hæc effera clades
 Inflabat, si spes animus pascebat inanes?
 Ah quam traducunt meliori sidere vitam,
 Quæis steriles thalami, quæis aula interrita nullo
 Vagitus vlvulata sono: mihi causa malorum
 Quippe labor, nonoq. exhausti mense dolores.
 Ut cuperem me coniugio nupsisse sub illo?
 Huc attolle oculos, atq. ora trementia, veni
 Ad solium miserande tuum, nunc ardua monstra
 Imperia. heu quid ago? damnatus carcere cæco
 Hoc Phlegetuntis habes. quam te impenetrabilis alto
 Condidit igne globus, quo iam nec vota parentis
 Irrita, non vlli valeant perrumpere luctus.
 Cingite me (sic suadet amor) me inuadite flamma
 Crudeles, in me vestras effundite vires,
 Si mereor, liceat demersum efferre coruscis
 Vorticibus, liceat stygio pædore nigrantem
 Materna prensare manu. sic fata malignis
 Incubuit flammis, vana perfusa fauilla
 Abrumpit noctem, mæstoq. illusa cubili
 Excutitur, tum supplicibus ad sidera palmis
 Tollitur, & tremulis implet singultibus auras.
 O qui cælicolum sedes, & gemmea torques
 Regna pater, multumq. mihi consuete vocari
 Aspice, quam cæco rapiatur turbine lethi
 Hæc mea progenies tantis iactata procellis.
 Aspice ut borrentes vlvricia tartara somni

Promit

Promittant, vti nam falsos mentita timores
 Conquerar, & seua pereant præfagia noctis.
 Cur tanti erumpunt gemitus, inuitaq. fletu
 Ora uatant? cur ecce metus præcordia pulsat?
 Hæ misera noctes, inclinataeq. senectæ
 Danda quies? sic vota iuuant, sic templa secundant
 Tot donis onerata meis? quid nocte silenti
 Intremuere tori? quid nox inimica minata est?
 Calicolas petijt dictis immanibus, esto
 Impulsus furij. an inexorabile calum
 Sontibus, audentesq. nefas non audiet vnquam?
 Num tua nequicquam lacrimis altaria sudant?
 Num vanis fumant precibus, num thure sinistro?
 Da veniam incauto, dictis ignosce superbis,
 Da pater: ille tuas irritat nescius iras.
 Ah quanto melius immunes criminis annos
 Exiget, insontesq. in sacra volumina noctes.
 Hunc egomet diris valeam subducere penis
 Si qua subit nostri pietas, si mente iugales
 Indignata toros, animoq. innupta remansi.
 Congemuit dictis superum dolor, ipse querelis
 Incensus genitor circum ora micantia torsit,
 Aethereosq. iubens seruare silentia ciues
 Maiestate manus folio sic capit ab alto.
 Vidimus infandos, quo fas erat vsq., furores
 Cyclopa, stygias acies, pugnatq. bella.
 Mitto ea, quæ veteri tulerit manus impia pugna
 In regnis hoc ausa meis: heu vindice flamma
 Expendunt pœnas, & nos reminiscimur omnes.
 Vidimus & toties effusam à sedibus imis.
 Eumenidum bellasse aciem. scit quicquid ab alto
 Cingi.

144 BENEDICTI SOCIACI

Cingitur Oceano, passimq. incendia serpunt
 Bistonias super vsq. domos, quin vltima Thule
 Sensit, & extremo summoq. litore Sinne.
 Implerunt terras furijs, stragesq. dederunt.
 Nunc scelus innocuos (hoc hosti defuit vnum)
 Insubres petit, & fidos captare nepotes
 Nititur in vetitum, siqua caligine mores
 Inficiat. quin nostra nouis assultibus instat
 Demoliri adyta, & versis excindere sacris
 Tempa, quid heu tantum nostris offendimus aris?
 Nec placitæ sedis miseret, Italumq. meorum?
 Scilicet Aurelium tenebris premet, & pia, credo,
 Mater ad insanas gemitus effuderit auras?
 Excutiat fraudes, & plurimus aethere nostro
 Vescatur, lapsamq. attollat ad ethera mentem.
 Eciquid inaccessos dextra conuellerè postes.
 Iuuit, & indignas Cocyto auertere prædas,
 Si premit humanam tenebroso carcere gentem
 Prædator, nec cessat adhuc furiabilibus umbris
 Infestare diem, miseramq. irrumpere terras.
 Scilicet hic nostro lustratas sanguine gentes.
 Seruitio premet, & nostris dominabitur aris?
 Se cunctas nouet in facies, centum exerat ora,
 Centenasq. manus, pugnaq. laceessere cælum
 Audeat, & furias etiam integrare pudendas.
 Stat cecos aperire dolos, stat frangere ceptas
 Insidias, non ò genitrix fraudabere votis.
 Sic sedet ò superi. bello me credite bello
 Accingam potius, correptaq. Tartara fundo
 Euertam penitus, dextra Phlegetuntis ahenos
 Disijciam postes, aut flammea regna recenti.

Diduuo

Dipuio miscere parem, licet ipse Tyrannus
 Eruet flammas, & in astra obuersus anhelet.
 Iamq. recessuras flabris spirantibus auras
 Strinxerat, & lucis prenuincia matutina
 Rorantes puro quatiebat in aere pennas
 Aura volans, nec iam roseo Tithonia coniux
 Progreditur thalamo, sed florum plurima nimbo
 Spargitur, auratosq. humeris circumdat amictus
 Aurea, sidereoq. caput discriminat ostro.
 Tum lacrimis suffusa genas, abscissa capillos,
 Plenaq. terrorum sic natum affata parens est
 Exclamans. tunc hanc Erebo nate improbe merges
 Hanc animam? aeternis tenebris loca feta subibis
 Aeternum? quonam sanctos discrimine nullo
 Calicolas, quonam vsque premes? me somnia terrent,
 Nocturuiq. metus. talem precor exue mentem,
 Exue, & ingentes animi fer ad aethera sensus.
 Quod cæcus te raptat amor? quod deniq. mentem
 Præcipitat furor, & per aperta pericula mittit?
 Dic intus quæ vota foves? quam mente secas spes?
 Non miser aspicias quod te vocat aureus ether,
 Non subeunt labes animo, noxæq. recursant?
 Tu mea, tu proles, fessæ spes vna senectæ,
 Tunc vteri fortuna mei? qua tangere calum
 Rebar, & ante alias titulis incedere matres.
 Hac pietate potens? en quem diuina putemus
 Perlustrasse adyta, & Sophyæ cælestibus vnum
 Instructum monitis? sic docto in puluere noctes,
 Absumptiq. dies? hæc tu documenta bibisti?
 Quid queror? ipsa ego te partu connixa sinistro
 Hunc alui, vti talem te nunc miseranda viderem.

K

Quæ

Quos ego, quos fœtus reuoluto pondere fudi
 Degeneros? tantusne ab auitis moribus error,
 Et de matre nihil? tamen hos excuso furorēs.
 Debueram effrenæ fluitantia lora iuuentæ
 Austera preffisse manu iam non tua mater.
 Non te mastra parens, non hæc tua gaudia quondam
 Vbera preffa mouent, non semianimes singultus.
 Quin etiam Superos me me præfente laceffis,
 Oppugnās q; Deum sanguis meus. bocce ego terris,
 Hocce fequuta mari? Superum quo nomina fœdis
 Criminibus premerēs, atque infera regna subires?
 Si matris te tangit amor, per fi quid in ifto
 Dulce finu, per fi qua fuit materna voluptas,
 Pone truces animos, meliores concipe curas,
 Cbrifticolumq; agnofce Deum: non fupplīce franges
 Te gemitu mater? mater te dure precatur.
 Talia dicentem turbato auertitur ore
 Triftis, acerbæ tuens, oculosq; per alta volutat
 Atria, & accenfo vocem de pectore rumpit.
 Cur tua defeffas toties vox ingrauat aures?
 Parce precor lacrimis, & luctifonis lamentis,
 Et nimios depone metus, tibiq; optima mater
 Ifta canas, mortemq; finas nos ferre fmiſtram.
 Nam gerimus curam noſtri; non fluctuat æſtu
 Ingenium, nec vertit adhuc infania mentem.
 Non mihi promiſſo de mento ingloria ſerpis
 Vmbra genis, non conſilio mihi futile ætas.
 Scilicet ut fugiam maternas aure querelas,
 Ceu puer attonitus mea priſtina fata reuellam.
 Femineos noui ſexus. hæc prorfus inanes
 Elicium curæ; quid pectora ſana fatigās?

Hinc

Hinc eat iste metus, procul hæc dementia somni.
 Augur ego. sed tu calathis molire Minervam,
 Et gravidas evolue calus, tu tegmina docta
 Texe manu. tunc ulterius non passa furentem
 Illa ait, aspernari etiam me astante tuentes
 Sperasti superos? itane integrata resurgit
 Eumenis? hæc pietas, hæc est reuerentia matris?
 Egregiam sobolem consumpta Pallade noctes
 Erudiere mihi, pulcra ò documenta dedere,
 Altrices calcare sinus, deludere matrem.
 Non ego te peperì, durisq; hæc vbera labris
 Immulserè manus, sed inhospita saxa crearunt
 Marmoribus factum, Lybiæq; per avia tristes
 Nutriuerè lea. quid monstrum tale fateri
 Addubitem? cur ora premam narrantia verum.
 Num lacrimas fuxit lacrimis; nostrumq; dolorem
 Indoluit, gemitum è summo pectore duxit
 Crudelis? tigrim potius vulcere querelis
 Eualeam, potius scopulos inflectere dictis.
 En nati pietas in matrem dicta nefanda
 Euomit, & probris maternas vulnerat aures,
 Pulsat & indigno caelestes crinane mentes.
 Usque aded exercent tumidi præcordia flatu,
 Ventosumq; decus. vanis rumoribus ergò
 Aeternumq; decus, & cæli irreparabile regnum
 Posthabeas. neq; spes adimo, neq; tollo furorem.
 I cape rumores, & vana murmura fama.
 Heu quantus ferit ossa tremor, quàm mente sagaci
 Permetuas, ne tartareo mergare profundo
 Viuus adhuc, nede vltici fornace sepultus
 Expendas scelera. hic frustra vocè vocabis

*Necquicquam superos, pœnas exhauriet Orcus,
Hic Momicæ gelidus per egentes sanguinis artus
Horror abit, fugit ore color, fugit ager in auras,
Spiritus, exanimisq. caua collabitur aula.*

*Quò miser Aureli vestigia proripis? heu fors
Tam præceps iuuenum furys, tam eaca futuri.
Quantus edet tua corda dolor? cùm talia facta
Occurrent animo, cùm detestabere mores.*

*Respice, nam genitrix per inania strata domorum
Procidit, & tantis iacet externata querelis.*

*Interea Genius cœcæ custodia mentis
Affusus de more Deo sua pignora frustra
Explorata refert, facies se vertere in omnes,
Conatus extirpe pios, nil vota parentis,
Nil crebras valuisse preces. maiore virum vi
Tentandum superante Deo, viresq. nouandas.*

*Tùm Rex Cœlicolum patrio succensus amore
Arsit inexpletum, dictisq. ita nitibus insit.
Haud sumus ignari quos Augustinus Olympo
Terrores tulerit, quo turbine verterit amens
Rem sacram nullis caput exsuperabile dictis:
Impius error adhuc improvida pectora cæcæ
Egerit in fraudes, furysq. laceessere cælum
Suaserit obtentu fraudum, sed amata tamen mens
Debetur stellis. dabimus contemnere pestem
Regnatore Erebi victo. scis ipse loquentum
Quam semper ingenys mouear, lateq. furentem
Insubriam in magnam Latijs deduximus oris,
Ambrosij vt monitis animos submittat amicis,
Excutiatq. nefas tam lamentabile matri.
Ipsius Ambrosij dictis Manicheia rumpet*

Retia

Retia, Christiadamq. viam, legesq. sequetur.
 Tu, tibi fas, propera tunc Erebo subducere mentem,
 Ipse adero præsens, tantosq. abolebo furores.

Tunc incontussum Genius devincere pectus
 Apparat, ingreditur vasti penetralia cali.
 Hic immortales supera pro gente labores
 Texebant de more Deæ, summoq. Tonanti
 Tegmen inaspectum certabat turba Dearum
 Insignire manu, diosq. immedere mores.
 Hinc ardens amor urget opus, telæq. ligans se
 Addiderat faciles facilis clementia vultus.
 Lucida fila pijs super possessa favillis
 Mitescunt, pietasq. suos accenderat ignes.
 Pulcher in humanos pendebat baltheus usus,
 Quo iussit. Pater Aurelius volentibus armis
 Subcingi socios; caelestem turba sororum
 Festinavit opus. castis ibi fibula gemmis
 Ardet, & arcanum diuinis motibus aurum
 Morsus habet, stimulos vix intertextæ laceffit
 Diuinos, micat inde metus, spes inde refulget.
 Tres immortales se scintillantibus ignes
 Erumpunt radijs, tres flatus ætheris aure.
 Alma fides adamante sedens interrita viuit.
 Hæc ubi corripuit inuenis sic Aliger insit
 Vincere Aureli, spes hæc non irrita surgit:
 Dissiluitq; polo: celerantes numinis aure
 Agnouere pedes, sequitur vestigia fulgor.
 Vix steterat lateri, strinxerunt cingula fluxum,
 Indeprensa lateri; morsus per pectora lapsus
 Voluitur attactu nullo, cobibetq; furores
 Inspirans mentem. subiti mansuescere mores,

250 BENEDICTI SOCIACI

Sentiriq. fides, simul ora madescere fletu
 Conscia, discussæq. umbra, & lux indita menti est.
 Tunc improvisos percussit pectoris amens
 Intremuit motus, lucisq. exhorruit haustum.
 Non secus ac furvis ubi cæca volumina terris
 Sæua intorquet hiems, camposq. occecat, & urbes,
 Nec fractis vsquam micat ignibus æthra, nec ullis
 Sideribus clarescit iter, sed raptus ab omni
 Solè dies, nigriq. Noens niger ingruit alis:
 Si qua carpit iter multa de nocte viator
 Horret, inerranti per multa silentia, si lux
 Emicat, attritiq. putat mala fulgura cæli,
 Intempesta faces ut Luna ministret amica.
 Non secus arcanum dum per præcordia numen
 Intus agit stimulos, atq. ossibus implicat ignes,
 Multa paueat, metus insurgit, sæuitq; sub imo
 Corde dolor. tunc Cælipotens, nam fortè ministrum
 Vidit Auernalem, quid contra obuertes hostis?
 Increpitat; fontes, mora nulla, potè improbe fontes,
 Sat furijs, Ereboq. datum. celestibus armis
 Terga recusantem custos premii; ille recedens
 Non impune truci se se gemit ire tyranno.
 At magis obductos pertentat viuida sensus,
 Accenditq. animos vis interfusa, soluti
 Errauere oculi, nubes euauit ingens.
 Hinc trepidat, se se manifesta tuce teneri
 Dum videt, & mentem nunc huc, nunc diuidit illuc.
 Nox erat, hærebant placidos animalia somnos
 Corporibus stratis, immota fronde silebant
 Siluæq., & nullis dumæta loquacia ventis;
 Tum superinfusa viderunt pacis quietis

Sen

Sternitur equor aquis, & inertia littora ponunt
 Immanes fremitus, atque ora frementia venti.
 Tum stabulis armenta iacent, mutæq. natantes,
 Quæq. maris caua regna tenent, quæq. obsita muscæ
 Stagna lacus; tum latè omnes horrentibus antris
 Procubuerè feræ, cæliq. volatile vulgus
 Per tenebras ramorum, & frondea icta laborem
 Alarum recreat, vitæq. obliuia carpit.
 At non Aurelius placidam per membra quietem
 Accipit, inuigilant curæ, semperq. recursana
 Materni gemitus, superi præcordia pulsant;
 Ille autem secum dequestris plurima versat.
 Quæ noua mi facies surgit? quo fluctuat æstu
 Eurarum, quibus ecce animus iactatur ab unda?
 Nam quid agam? vulture irrisum numen anihelo
 Depræcer? Ambrosio trepidanti poplite supplex
 Procumbam, cæloq. obnoxia facta recludam?
 Quem toties dictis pulsavi inimicibus olim.
 Quo miser occurram vultu, quo pectore adibo?
 Insomnes igitur noctes, vitamq. nocentem
 Cæca mente traham, atque extrema per omnia ducam?
 Non fugiam exitium præceps, dum facta potestas
 Maturare fugam, tristemq. euadere cladem?
 Hisce sub insidijs tranquillos condere Soles
 Augustine potes, securos carpere somnos?
 Non quæ tempestas duris ceruicibus instat
 Obtusa spectas acie, cælumq. secundum?
 Rumpè moras, eia inuisa te subtrahè nocti.
 Quid faciam infelix? rursus sub pectore gliscio
 Seditio, nec tanta capis discordia finem?
 Sic ubi discordes inimica in prælia versi

152 BENEDICTI SOCIACI

Frontibus incurrunt, varijs exercita flabris
 Voluitur vnda mari, varijsq. emota laborat
 Vorticibus superalbescens, nunc facta velut mons
 Erigitur caelo, nunc contra vrgentibus euris
 Prona cadit, penitusq. imis procumbit arenis.
 At Deus interea Monica deflentis amatis
 Plurimis apparens oculis se luce retextit,
 Verus & aspectu patuit Deus, egraq. mulcens
 Pectora promisit melior solatia somnus.
 Vota tamen duplicat, delubra per omnia vertis
 Votiuos festina gradus, arisq. verendis
 Fusa frequens iteratq. preces, calumq. fatigat.
 Desudant ara lacrimis, & templa tepefcunt.
 Mutatus tandem matri se filius offert
 Numinis impulsu, dictisq. ita mollibus insit:
 O genitrix, nos spectra mouent, nos dextera tandem
 Monstra petunt, calumq. vocat, sed pectoris astu
 Incerti ferimur, restant dubia improba, restant.
 Exanimas me nate diu mea gaudia, mater
 Excipit infelix, qua te maria omnia circum
 Ausa sequi, varijs tecum defuncta periculis.
 Si tamen haec lacrimae, terraeq. mariae labores
 Pondus habent, tandem meliores concipe sensus.
 I mecum facilis, primoq; in limine tantum
 Siste pedes, illum cur ore auerteris, illum
 Spirantem ambrosio diuinum pectore nectar
 Adspice doctorem cali, linguaeq. potentem.
 Olli maesta cadunt tristes in pectora vultus,
 Erumpuntq. sinu gemitus, vix temperat ipsu
 A lacrimis, maestumq. fremens in tecta recedit.
 Mene adeo genitrix onus illegrabile leuo

Sede-

Sidere fudisti? quæ me importuna tulit nox.
 Tu mea tu mater cælo gratissima ceruix,
 At mihi non vllæ patientia lumina lucis.
 Quò feror? vnde metus? quæ me mora? quidne retardas
 Degenerem? calumne etiam, numenq. refellam?
 Quis satis hæc delicta luet? meme equoremersum
 Texissent scopuli; nunc nunc miserescite sedes;
 Vos o testæ precor sub ita conuulsa ruina
 In caput hoc ruite, & tantos finite dolores.
 Sic verba abrumpens magno iactatur ab æstu
 Nescius Ambrosij num se se auertat ab ore,
 Exuat an postes animo, moresq. retractet
 Informes, ter sponte pedes, gressusq. tetendit,
 Ter suspendit iter, tandem custodia celi
 Ora reducentem tacitis conatibus vrget,
 Vrget, & Ambrosij sacras perducit ad aras.
 Interea vastam gressu perlabitur Urbem
 Multiuago, lateq. domos it fama per omnes
 Victorem enarrans dextros ad sidera versum
 Accepisse animos, veteres dediscere ritus.
 Plurima ad Aureli socias diffunditur aures.
 Continuo tremuere artus, elapsaq. iuxta
 Romulidum monumenta manu: dolor ossibus ingens
 Arsit, & instantes frenarunt lumina fletus.
 Vrit & Ambrosij virtus, diuinaq. fandi
 Copia, cælestes urunt præcordia voces.
 Sic qui tot matris lacrimis non obstruit vni,
 Vni Diue tibi duras non obstruit aures.
 Præterea Victor Manicheia signa relinquens
 Adiunat, insurgunt stimuli, pudor æstuat intus,
 Horrescitq. nefas, & talia mente volutas.

Scili-

154 BENEDICTI SOCIACI

*Scilicet hic dulci florentia regna sereno
 Aspiciet, superasq. ibit transcriptus in oras ?
 Nos contra Stygijs vltro damnabimur vmbria.
 Heu furor, heu docta vesana superbia mentis
 Mortales quò cæca vehis ? quò gloria tantis
 Elatos transfers animos quasita periclis ?
 Nos animæ viles, miseranda, infaustaq. turba
 Voluimur his tenebris. etiam tu si qua tibi mens,
 Maternum tu si quid habes, cælum aspice, cælum
 Impiger Aureli, nescis heu perditæ, nescis
 Quæ te fata manent, quam te ad meliora referuent.
 Ah miser, ab demens præ tendis nubila menti,
 Ille polo victor surgit, raptiq. politur.
 Sed me quis prohibet, quis me diuellit ab astris ?
 Ibo animis, faciamq. mihi reparabile cælum.
 Dixerat, & fraudes Manichæi destruit omnes
 Fœdam indignatus noctem, tenebrasq. sinistras.
 Vnum sidereis dilectum cætibus, vnum
 Flagitat Ambrosium, lustrales flagitat vndas,
 Nullaq. firmatam variat sententia mentem.
 Qualis ubi venti posuere, uadique sonori
 Detumere maris, grauis Indæ merce biremis,
 Quam modò discordes debellauere procellæ,
 Nunc sinuante freto terras allambit amicas
 Anxia, nunc dubio reuoluta relabitur æstus,
 Donec ad optatas desertur littoris oras
 Procurrente vado, placidaq. quiescit arena.
 Ecce autem dum pomiferis loca consita siluis
 Exspaciatus obis, felicesq. auis hortos
 Perlustras, se fert oculis mirabile monstrum
 Augustine tuus, species mirabilis artus*

Irra-

Irradiat, roseo sparguntur lumine vestes,
 Vdaq. roranti quassantur tempora nimbo.
 Floribus induitur, squaloremq. exiit omnem
 Vernus ager, nemus annosum iuuenescit, & ingens
 Lumen obit virides mutato cortice truncos.
 Aspiceres Mirtus frontem simulare decoram,
 Virgineas proferre genas, spirare videres
 Brachia silvarum, diosq. ostendere vultus
 Robora, & arboreos in numina viuere ramos.
 Singultus finxere suos animata Cupressus,
 Et miris animata modis altissima Pinus:
 Tunc audax Abies, Vitesq., Vlmisq. loquuntur:
 Quid miseros trahis ore dies? subsiste vereri,
 Nos sumus æthereæ facies, Deus æthere tales
 Esse dedit, iussitq. tuam succedere mentem.
 Linque dolos, cape mente Deum, cape numen amicum,
 Ventosum contemne decus, contemne sinistros
 Errores: lux adueniet voluentibus annis,
 Cum Manichæa lues cadet à radicibus imis
 Aspice te, monitisq. tuis meliora sequentur
 Mortales, iam iam caelesti afflatus ab aura
 Institues cætus, & fortunata virorum
 Agmina, qui scelerum puri, qui calibe vita
 Venturi fuerint clarissima lumina sæcli.
 Vade age, & Ambrosio supplex succumbe parenti.
 Talibus obstupuit monitis, & saxeus hæsit,
 Immotamq. tenens aciem non hiscere vocem
 Territus audebat, nulla cum nube repente
 Intonuit læuam, nubesq. immissa per auras
 Excidit, insuetoque implevit murmure siluam.
 Applausere Deæ, vni intellecta per auras

F. M.

156. BENEDICTI SOCIACI

*Funditur, & iuuenem dictis caelestibus implet: (vi.
 Tolle moras, rape scripta manu, simul hæc animo hau-
 Pendet, & augurium nota mox voce salutat,
 Quaq. improuisus mentis tulit impetus, ardens
 Inuasit manus, atque auido bibit omnia visu.
 Soluitur ex templo nubes, frontemq. serenat:
 Arrectos firmans animos, spe præcipit astra.
 Hic tacito comes obseruans ea singula visu
 Exilit è latebris, cæliq. illectus amore,
 Mène inquit socium sacris adiungere rebus
 Mène fugis? magnumq. affectas solus Olympum?
 Non ita Christicolum leges, ritusq. piorum
 Calcani exosus, præcepta nec impia fovi.
 Nos cæli quoque tangit amor, nos querimus istam
 Quò cupis ire viam: non incommutat abibis.
 Ille subit, facinus quoties inuadere tantum
 Mens agitat, resides pudor est exponere causas.
 Emendabo moras, te quem simul astra repositum
 Accipio comitem, te res complector in omnes:
 Vna animis ambobus erit fiducia Diuum.
 Sic alacres verum iurati numen adorant.
 Quam Superi magno solati tristitia voto
 Pensatis lacrimas, inopinaq. gaudia matri
 Aggeritis, comes anteuolans iam mater inanes,
 Exclamat, depone metus, compesce querelas,
 Natus habet superos, habet æthera natus amicum.
 Illa velut rupes immoto saxea visu
 Hæret, & experta non audei credere menti:
 Vt verò charas auidum præcurrere in vlnas
 Vidit, & amplexus petere, insuetiq. tumultu
 Exiliere fores, gausaq. secta repente*

Suo

Succussis crepuere focus, cessere dolores
 Infixi penitus, turbataq. munere tanto
 Vox stetit, atque alio manarunt lumina fletu.
 Oscula deinde frequens toto creberrima vultu
 Confundit, totamq. avidis complexibus ambit.
 Sic ubi pennigeræ frondentiæ testæ parentis
 Fastidit soboles, valles, & flumina questu
 Illa mouet, varijsq. gemens in inhospita ramis.
 At repetat si fortè domum, sit amanti bus alis
 Obuia, & allambit venientem plurima rostris.
 Sic Monica amplexu gratatur, & oscula libat,
 Nate decus fessæ, spes vnica nate senectæ,
 Nunc tandem occurris non dissimulande parenti.
 Talem fata mihi, talem promittere calum
 Iam memini, cum per noctem Deus astitit agræ,
 Non fletus perire pij, nec nomina castas
 Damnauere preces, non irrita vota profudi.
 Ut te vibrantem radios, dulciq; genarum
 Luce reidentem video? nunc plurima vultu
 Mater inest, spiratq. tuo de pectore mater.
 Talia perstabat lacrimans, vrgebat & ambos
 Ad Patris Ambrosij sacras contendere sedes.
 Quis tibi Diue potens hslari sub pectore sensus?
 Quas uè Deo grates fundebas? cum caput ingens
 Graingenum, lumen Latij, floremq. Sophorum
 Incusare nefas, gemitusq. ciere videres.
 Quos non ille dies exosus pristina facta
 Eduxit gemitu? quoties madefactus eunti
 Limes, & alta domus socio circumfluit imbri?
 Verus Amor Patris, natiq. æterna voluptas
 Spiritus hinc atque hinc pariter qui profluit, ecquæ
 Non

Non afflas humana tuis præcordia flabris?
 Mens diris assueta sacris, immobilis olim
 Nunc lacrimis percussa, pio percussa dolore
 Frangitur, & fraudes Manichei damnat iniquas,
 Inuisasq. diu supplex procumbit ad aras.
 Nondum prima dies præmissis luvine montes
 Strinxerat, aurato lucem cum fudit Olympo
 Rex superum, & lentum propero, reor, æthera cursa
 Impulit, offusæ citius cessere tenebræ.
 Miratur tellus noctem non ocyus unquam
 Maturasse fugam, mirantur & astra fugari.
 Accipit vna simul surgentem plurima Solem
 Insubria, & multo perfunditur vna sereno,
 Multus in hanc vnam descendere cernitur æther.
 Lætitiâ maiore diem volucresq., feræq.
 Accipiunt, vndisq. sonant maioribus amnes.
 Intonuit lænum superis regnator ab oris,
 Sideraq. ad choreas gausa coegit, & ipsi
 Cœlicolæ porta ad terras venere reclusa.
 Mœnibus insidunt patrijs, templumq. coronant
 Acrium, augeri Diuorum nomina gaudent.
 Erumpunt voces adytis, templiq. patescunt
 Spontè fores, bilares cinxere altaria flammæ.
 Aduolat attonitum vulgus, iuuenesq., senesq.
 Deseruere domos, templum vndique & vndique circum
 Vnda fremit, mixtæq. virum concursibus artibus
 Stant matres, paruosq. iubent attendere natos.
 Nec mora, marmoreus nudatos excipit aluens
 Heroas, tactosq. pedes miratus adorat.
 Forsan Iasoniam fatalis segnius Argo
 Insiluit manus Heroum raptura superbam

Vcl.

*Velleris aurati spoliū, stupet hospite tanto
 Attonitūq. tremit saxum, fastūq. superbit.
 Fortunatē lapis, te mors inuadere nunquam
 Audebit, nulloq. olim deleberis auro.
 Victor eris senj, nec te ventura silebit
 Posteritas, dum Christie tuos Insubria cultus
 Seruabit, veros & religionis honores.
 Interea latē bistī spatiantis amictum
 Induit Ambrosius gemmisq; auroq. rigentem,
 Et diti serum contextam ē velle pallam:
 Mox capiti imponens bistam de more tyaram
 Incedit magna procerum praeunte caterua.
 Tum sacros peragens ritus, frontemq. capaci
 Inuergens auro lustrali perluit vnda
 Heroum capita ic̄ta manu lux ilicet ingens
 Funditur ante oculos, labesq. euauit omnis.
 Ter Deus intonuit cali de parte serena,
 Terq. manu quassans ostendit ab ætherz nubem
 Luminis ardentem radijs, auroq. micantem.
 Inde Deum, genitūq. Deo, sanctamq. parentem
 Voce vocant, celoq. animas mentesq; receptas,
 Ordine quamque suo, diuināq. facta renarrant
 Alternis, ut mira volens effecerit olim
 Iudea in media, monitisq. impleuerit vrbes.
 Iusserit ut pateras miro spumescere musto,
 Sincerasq. nouo mutarit nectare lymphas.
 Et Cerere exigua vulgus satiarit egeum,
 Dissulerit febres, & tabida mambra leuarit,
 Natiuasq. oculis extemplō excusserit vmbas,
 Soluerit & vinc̄tæ natia silentia linguae,
 Corporibus furias exegerit vnus, & ipsis*

Addi-

160 BENEDICTI SOCIACI

*Addiderit veram extinctis post funera vitam .
Tu veterem vt labem miseris mortalibus insons
Ablueres, manibus traheris post terga reuinctis
In Solymas, tu districtos in vulnera fascis
Expertus, roseoq. expertus vertice sentes
Vulnificos, tu Rex Superum trabe fixus iniqua
Perfossusq. pedes, & apertus cuspide pectus .
Heu nimium informi potuisti occumbere letho .
Te Stygia tremuere acies, longeq. nocentes
Eumenides claustris Erebi fugere relictis .
Te manes vastata pij per regna sequuntur
Victorem, tecumq. rotis victricibus arces
Inuecti superas promissa in sede quiescunt .
Adsis d, placidusq. iuues, & cæpta secundes,
Vnde tibi æternum meriti soluantur honores .*

FINIS.

MEDIOLANI,
Apud Typographos Curiaë Archiep.
M. DC. XII.



